



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In Qua Tractatur De Contractu Et Sacramento Matrimonii

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1678**

Sectio XII. De Indissolubilitate Matrimonii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73432)

nisi propter poenam, ab uno Iudice imposita, delictum remaneret insufficienter punitum; quia alius iudex competens potest de novo cognoscere, & aliter punire. Hæc ille.

Et hinc, quia poena inflicta per sæcularem, censetur semper competens, & gravior ex jurisdictionis qualitate, reus criminis mixti fori, prius per sæcularem iudicem punitus, non potest amplius per Ecclesiasticum puniri, ut docet Sanchez sup. n. 8. cum Aliis, quos citat, dummodò poena cor-

214. Reus criminis mixti fori, prius per iudicem sæcularem punitus, non est amplius

poralis vel pecuniaria per sæcularem imposita, non esset levior, imponenda per Ecclesiasticum.

Pœna, inquam, corporalis vel pecuniaria; quamvis enim excommunicationis poena, quam passim imponunt Ecclesiastici, sit omni corporali gravior; at in hoc non est inter graves poenas computanda, cum potius medicinalis sit, quam afflictiva. c. 1. de Sent. excom. in 6. Ita Sanchez. Eritque finis hujus Conclusionis & Sectionis. Sequitur autem

# SECTIO XII.

## DE INDISSOLUBILITATE MATRIMONII

1.

**H**actenus circa Matrimonii essentiam disputavimus, utputa de materia & forma illius, qualiter sit Sacramentum, & quo pacto per Procuratorem aut literas, ex errore vel metu, conditionatè & clandestinè celebrari possit: superest, ut disputemus de ejusdem indissolubilitate, quæ in definitione exprimitur eâ particula: *Individuam vitæ consuetudinem retinens, seu: Fui perpetuum.* Et quàmvis de hac perpetuitate, seu individua vitæ consuetudine, nonnulla in præcedentibus dixerimus; equidem pleniorẽ ejus explicationem in hunc locum reservavimus.

Duplex est indissolubilitas Matrimonii.

Duplex porrò est indissolubilitas, una quoad vinculum, quæ præcipua est, & maximè essentialis; altera quoad torum & habitationem. De hac tractabimus in sequenti parte hujus Operis, ubi de divortio; de priori verò hic tractatum aggredimur, & quærimus Primò: unde hæc indissolubilitas oriatur, & quo jure Matrimonio competat. Resolutio erit

### CONCLUSIO I.

Obligationem indissolubilem Matrimonii instituit Deus ab initio, non quia omninò necessaria, sed quia maximè consona naturæ rationali.

2. Prior probatur ex Script. Matth. 19.

**M**atrimonium ab initio fuisse indissolubile ex se, id est, non dissolubile instar aliorum contractuum, ex solo beneplacito masculi & feminae, manifestè patet ex Scriptura Matth. 19. ubi Christus Phariseis, tentantibus eum, & dicentibus: *Si licet homini dimittere uxorem suam, quacumque ex causa?* sic respondit: *Non legistis,*

*quia qui fecit hominem ab initio masculum & feminam fecit eos? Et dixit: Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adheret uxori suæ, & erunt duo in carne una. Quæ jam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet. Unde dicit: Quid ergo Moyses mandavit dare vobis verba? & dimittere? At ille: Quoniam durities ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras: ab initio autem non fuit sic. Dico autem vobis, quia quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mæchatur: & qui dimissam duxerit, mæchatur. Vcl. 3. & sequentibus.*

Et verò his verbis: *Dico autem vobis &c.* satis aperte significat Veritas æterna, non solum esse illicitum viro dimittere uxorem suam, aut mulieri virum suum, id est, dissolvere vinculum Matrimonii; sed etiam invalidum. Quippe si dissolutio foret valida, jam non mæcharetur, immo nec nicaretur, qui aliam vel alium duceret.

Nec obstat: quòd hic solum loquitur de viro, dimittente uxorem suam, quæ causa est causa mulieris, dimittentis virum suum, ut expressis verbis significat Christus Marc. 10. v. 11. & 12. *Quicumque dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit, ulterius committit super eam. Et si quis dimiserit virum suum, & alii nupsit, mæchatur.*

Ubi etiam, quod bene notandum est, omittitur illa particula: *Nisi ob fornicationem.* Eademque omittitur Lucæ 16. v. 18. *Omnia qui dimittit uxorem suam, & aliam ducit, mæchatur, & qui dimissam a viro ducit, mæchatur.* Ob quam causam ex iustis dicendis patebit.

Eandem indissolubilitatem docet Apostolus 1. Cor. 7. v. 10. & 11. *Qui Matrimonio juncti sunt præcipi non est, sed Dominus, uxorem a viro non discedere, quòd si discesserit, manere innuptam, aut*

B O N A Sacramentum Matrimonii

suo reconciliari, Et vir uxorem non dimittat. Item Rom 7 § 2. & 3. Nam quæ sub viro est mulier, vivente viro, alligata est legi: si autem mortuus fuerit vir ejus, soluta est à lege viri. Igitur vivente viro, vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro.

Sciè ergo Concil. Florent. in Decreto Eugenii, §. Septimum est Sacramentum, dicit: Tertium (bonum Matrimonii) indivisibile est Matrimonii, propter hoc, quòd significat indivisibilem conjunctionem Christi & Ecclesiæ. Quamvis autem ex causa fornicationis liceat tibi separationem facere, non tamen aliud Matrimonium contrahere fas est, cum Matrimonii vinculum legitime contracti, perpetuum sit.

Non ait Eugenius: Vinculum Matrimonii consummati, sed: Matrimonii vinculum legitime contracti, ut significaret utique, non solum Matrimonium consummatum; sed vel ratum dumtaxat esse indissolubile, cum & hoc significet indivisibilem conjunctionem Christi & Ecclesiæ; non quidem per unionem hypostatiam, quæ significatio competit soli Matrimonio consummato; verum per charitatem, quæ Christus semper dilexit suam Ecclesiam, & usque in finem indissolubilitatem eam diligit, de quo alibi plura diximus.

Hinc novissimè Concil. Trident. sess. 24. doctrinam de Sacramento Matrimonii sic incipit: Matrimonii perpetuum indissolubilemque nexum, primus humani generis Parens divini Spiritus instinctu pronuntiavit, cum dixit: Hoc nunc ex ossibus meis, & caro de carne mea &c. Concilium porrò hic loqui de solo Matrimonio consummato, undè constat? Enimverò generalem tradit doctrinam, ad eòque intelligendum generaliter de omni legitimo Matrimonio, nisi aliquid aliud obstat.

Dices: obstat, quòd Adamus manifestè loquatur de Matrimonio consummato, ibi: Et erunt duo in carne una; quæ etiam verba Christus Marth. 19. præmisit his verbis: Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet.

Hinc Alex. 3. cap. Ex publico, de Convers. conjug. Quod, inquit, Dominus dicit, non licere viro uxorem suam dimittere, nisi ob causam fornicationis, intelligendum est, secundario interpretationem sacri Eloquenti, de his, quorum Matrimonium carnali copula est consummatum, sine qua consummari non potest.

Et eodem modo interpretatur hæc verba Christi D. Greg. Papa, & habetur cap. 19. 27. quæst. 2. Sunt qui dicunt, Religionis causa conjuga debere dissolvi. Verum sciendum est, quia etsi hoc lex humana concessit, lex tamen divina prohibuit. Per se enim Veritas dicit: Quod Deus conjunxit, homo non separet.

Ecce (inquit Sanchez lib. 2. disp. 13. n. 7.) qualiter intelligat eum locum de Matrimo-

nio consummato; cum ex illo probet, non licere conjugem ad Religionem tranfire, quod de Matrimonio rato esset hæreticum.

Resp. nemo negat, quin ille locus intelligi possit de Matrimonio consummato, sed Multi negant, debere intelligi de solo Matr. consummato. Nam ea verba, Et erunt duo in carne una, Chrysost. (teste Pontio lib. 1. c. 13. n. 6.) de affectu & amore interpretatur. Hieron. & Alii de unitate in prole. Alii, quia Eva formata est ex viro. Abulensis dicit, esse unam carnem, fictione juris, sicut testator & hæres, dominus & procurator. Cajetanus unam carnem dici vult unitate communitatis. Lippomanus in Genes. quia uterque haberet potestatem in corpus alterius per radicale dominium. Maldonatus, quia vir & uxor dicuntur una persona & unus homo; quoniam vir similis animæ, uxor similis corpori; & quemadmodum anima non separatur à corpore, quamdiu vivit, ita nec uxor à viro. Hæc Pontius.

Et prosequitur, dicens: Christum illo testimonio Genes. duo egisse, & removisse à Judæorum consuetudine, & repudium scilicet, & polygamiam. Quam Innocent. 3. in cap. Gaudemus, de Divortis, & Nicol. 1. ad Consul. Bulgarorum cap. 51. rejiciunt, dum expendunt, non dixisse, Uxoribus, sed, Uxori; & non, Tres vel plures, sed, Duo. Illa ergo verba: Erunt duo in carne una, quando de Matrimonio consummato tantum intelligerentur, ad excludendam polygamiam adducuntur à Christo; superiora autem ad removendum repudium, & ostendendam conjugalis vinculi firmitatem.

Ut enim observat D. Thom. ad Ephes. 5. triplicem conjunctionem inter virum & foeminam significavit illis verbis Adamus; per dilectionem, conversationem & copulam. Duas priores illis verbis; Propter hanc relinquet homo patrem & matrem, & adhaerebit uxori suæ. Quia enim per amorem & vinculum animorum, foeminæ junctus est vir, ideo relinquet parentes, ut habitet cum ea, juxta illud 3. Eisdæ cap. 4. v. 20. & 21. Homo patrem suum derelinquit, qui nutrit illum, & suam regionem, & ad mulierem se conjungit. Et cum muliere remittit animam, & neque patrem meminit, neque matrem, neque regionem. Tertiam verò conjunctionem indicavit illis verbis: Et erunt duo in carne una. Non ergo ex illis ultimis colligit Christus firmitatem Matrimonii, ut iste Auctor (Sanchez) contendit, & non probat.

Juxta quam interpretandi rationem, non mirum, si Pontifices illis verbis: Erunt duo in carne una, utantur, cum agunt de Matrimonio consummato. Ex eo tamen non efficitur, inde probasse Christum Matrimonii vinculum, aut tantum in Matrimonio consum-

8. Soluitur. Variæ explanationes ex SS. PP. horum verbo: Et erunt duo &c. Pontius.

9. Duo Christus egit d. verbis.

10. Triplex conjunctio per ea significatur ex D. Thoma.

3. Eisdæ.

Rom 7.

5. Item Concil. Florent.

6. Concil. Trident.

7. Objection.

C. 7. de Convers. conjug.

C. 19. 27. 2.

Sanchez.



summato constituendam esse omnimodam indissolubilitatem. Haecenus Basilius.

11.

*Testimonium Christi dicitur. 19. de omni Matr. intelligendum, varie probatur ex Pontio.*

Qui ibidem n. 8. longè verius existimat, testimonium illud universè de Matrimonio intelligendum, sive sit consummatum, sive non. Tum, quia Adamus ea verba protulit de omni Matrimonio, etiam ante consummationem, de quovis enim illa verba proferri possunt. Tum etiam; quia Eugenius 4. in Decreto illo, agens de Matrimonio, quod Sacramentum est, dixit, eo significari conjunctionem Christi cum Ecclesia, juxta Paulum ad Ephesios. 5. & tamen non agit de Matrimonio tantùm consummato, sed de omni, eùm ejus causam efficientem dicit esse consensum.

Tum præterea: quia si de consummato tantùm sermo esset, non inde probasset rectè Christus, in universum Matrimonium debere esse unius viri cum una uxore tantùm; sed solum id, quod consummatum est; atque idèd Matrimonium, quando contrahitur sine consensu ad copulam, imò cum opposito, posset esse cum duabus uxoribus, quia non sunt futuri una caro. At Christus universè probavit, Matrimonium, juxta primam sui institutionem, tantùm esse unius cum una. Ergo illa verba non sunt restringenda tantùm ad Matrimonium consummatum.

Quare cum illis verbis: *Erunt duo in carne una*, omnes illæ conjunctiones inter virum & uxorem significantur, & nulla earum determinat, ut comprehendatur omne conjugium, nunc Pontifices & Patres ad hanc aut illam conjunctionem respiciunt, & diversimodè accipiunt, quibus non negant, illa etiam Matrimonio non consummato convenire. Usquead huc Pontius.

12.

*An contrahatur intentionem.*

Sed nunquid convincit intentum? Si non convincit, saltem ostendit, id longè verius esse; alioqui non video, ex qua alia Scriptura possit probari indissolubilitas Matrimonii rati præ aliis contractibus humanis: nam aliæ Scripturæ similiter exponi possent de Matrimonio consummato. Atque adeò Matrimonium ratum solo jure Ecclesiastico erit indissolubile, quod quàmvis Aliqui concedant, ut statim videbimus; tamen communis à Doctoribus negatur.

13.

*Quis insisterit indissolubilitati Matrimonii rati.*

Dico ergo, indissolubilitatem, sive obligationem indissolubilem Matrimonii, quanta quanta est, tam Matrimonii rati, quàm consummati, ab initio Deum illis verbis instituisse, quibus instituit contractum Matrimonii, de qua institutione longè & latè egimus, ad mentem Doctoris Subtilis, Sectione 3. Conclus. 2. Videantur ibi dicta.

13.

*Non oritur ex solo jure Ecclesia.*

Quibus hæc insistendo, affirmo in primis, indissolubilitatem Matrimonii rati non oriri ex solo jure Ecclesiastico, eùm sic in Statu

innocentiæ non fuisset Matrimonium indissolubile; nam tunc nullum erat jus Ecclesiasticum.

Respondet Medina (inquit Sanchez lib. 2. disp. 13. n. 6.) lib. 5. de Sacramentis continentia c. 88. tunc fuisse etiam voluntate & præcepto indissolubile, quod præceptum postea cessavit, cum tantum fuerit repudium, donec Christus in lege Evangelica præceptum etiam de Matrimonio restituit. Docet hic doctor (teste Sanchio) sup. c. 89. & 73. in fine Matrimonium ratum solo jure Ecclesiastico esse indissolubile.

Probat: quia in lege nature si solvatur Matrimonium per repudium, quod tunc juxta Multos licitum est, per legem Evangelicam præceptum de Matrimonio rato non dissolvitur, sed enim Matth. 19. *Quod Deus conjunxit non separet*, intelligitur solum de Matrimonio consummato.

Eandem sententiam tenet Gratianus in *publico*, de Convers. conjug. reb. *matrum*, ubi sic ait: *Sed contra videtur, quod Matrimonium mandato Dei perficitur, & deinde ponitur. Sol. qd consummatum, quæ sit quoad Matrimonii essentiam, quæ facta in paradiso ab ipso Domino per conversationem animarum, quæ designat confirmationem fidelis animæ ad Christum: ut ibi. Et qd quædam consummatio quoad Sacramentum Christi ad Ecclesiam per incarnationem verbi Dei in vero virginali: quod designatur per illud Matrimonium, quod est carnalis copula consummatum, ut hic & sup. de Biga. Debitum, 27. q. 2. In omni. vel altem quoad hoc, quod imitari possit propositum Religionis. Lau. Notavit hoc Alanus, quod Matrimonium non consummatum sortitur naturam ex constitutione Ecclesie idèd circa illud latissime patet Pape pro Vincentius dixit, quod Pape per dispensationem possit dissolvere tale Matrimonium postquam statueret, quod per secundam Matrimonium raturum primam, secus de consummato, quod ab ipso Domino naturam suam sortitur. Et idèd sola interpretatio circa illud pertinet ad Papam, non dispensatio, vel contrarietas interpretatio. Haecenus Glossa.*

Sed hæc sententia, cujuscomque rationumcumque sit, nam plures pro ea allegant Sanchez sup. nobis non placet. Et ibi R. respondeo ad Glossam. Si Matrimonium ratum non sortitur naturam suam ab ipso Domino, sed ex sola constitutione Ecclesie, ergo Matrimonium ratum non habuit naturam suam in paradiso, sive in statu innocentiæ, cum in eo nulla fuerit constitutio Ecclesie; ergo in illo statu non fuit Matrimonium ratum; nihil quippe potest esse sine natura sua. Velfi ibi fuit, sicuti revera fuit.

BIBLIOTHECA SACRAMENTORUM PATERNA

jam habuit naturam suam ab ipso Domino, æquè ac Matrimonium consummatum.

Sed quæ isthæc natura? Non alia profectò, quam quæ solet explicari in definitione Matrimonii, in qua nulla fit mentio consummationis Matrimonii; sed tantum perpetui juris in mutua corpora ad consummationem seu usum Matrimonii. Ut proinde Matrimonium consummatum non differat essentialiter à Matrimonio rato; sed ad summum integraliter, de quo alibi disputavimus. Si ergo Matrimonium consummatum accepit suam naturam ab ipso Domino, etiam Matrimonium ratum. Unde ritè dixit Medina sup. Matrimonium in statu Innocentiæ fuisse indissolubile ex divina voluntate & præcepto.

16. Sed nunquid postea cessavit illud præceptum, quando licitum fuit repudium, ut sup. dicebat Medina? Respondeo 1. Multi docent, nunquam fuisse licitum libellum repudii; sed solum permiffum, tamquam minus malum, de quo inferius latius tractabimus. Respondeo 2. eo admisso, quòd aliquando fuerit licitus libellus repudii, cessasse pro illo tempore præceptum istud; non per revocationem legis, sed per dispensationem; neque enim constat, statim post peccatum primorum parentum repudium fuisse licitum, seclusà etiam consummatione Matrimonii, idque pro toto mundo; sed tempore veteris legis dispensavit Deus cum Israëlitis, propter rationes sibi cognitatas.

Atque ut etiam generaliter revocasset præceptum indissolubilitatis; non tamen nisi pro aliquo tempore, in sua divina providentia determinato. Illud autem tempus jam expirasse, saltem pro Matrimonio consummato, Omnes admittunt, propter dictum Christi Math. 19. *Quod Deus conjunxit, homo non separet.* Nunquid etiam pro Matrimonio rato?

17. Negat illa sententia ut vidimus; quia putat, Christum solum fuisse locutum de Matrimonio consummato. Et quamvis idipsum putet Sanchez; at tamen contra Medinam sustinet, etiam hodie Matrimonium esse indissolubile jure divino. Respondet autem ad argumentum Adversariorum: Fa-teor non inveniri locum expressum in Sacris litteris, ubi negetur repudium Matrimonii rati; habetur tamen ex traditione, ab initio nascentis Ecclesiæ, ob nullam dissolvi causam in lege nova, demptâ Religionis professione. Ita Sanchez suprà numer. 12. in fine.

Ego autem dico: si præceptum indissolubilitatis Matrimonii rati, statim post peccatum cessaverit; quia, secundum Medinam sup. in statu naturæ fuit repudium licitum, & nullo unquam retrò tempore revixit, aut

revivisset; quid erat opus illo præcepto pro statu Innocentiæ, in quo nullum erat omninò periculum repudii? Si ergo fuerit aliquod præceptum divinum in illo statu; estò cessaverit pro aliquo tempore, sive per revocationem, sive per dispensationem, planè existimo, hodie obligare, quando, saltem extraditione, ut ait Sanchez, constat, amplius repudium non esse licitum; nisi fortè ex speciali constitutione, aut dispensatione Ecclesiæ, aut particulari revelatione divina.

Sed nunquid hoc præceptum Dei merè positivum? Affirmat Abulensis (teste Sanchez sup. n. 5.) 1. Reg. c. 8. q. 97. initio, & q. 103. & 113. hoc solo fundamento, quòd statim post naturam lapsam fuerit repudium licitum usque ad legem Evangelicam, in qua Christus id prohibuit.

Porro Sanchez sup. n. 7. existimat 1. aliqualem inseparabilitatem esse de natura Matrimonii, & ita competere etiam Matrimonio rato de jure divino & naturali. Secundo, omnimodam indissolubilitatem non competere Matrimonio ex jure naturæ, nec ex ratione Sacramenti; sed ex significatione, quâ Christus evexit illud, ad significandam unionem indissolubilem Christi cum Ecclesia per carnem assumptam. Et quia, inquit, hæc significatio tantum convenit Matrimonio consummato, illud solum esse omninò indissolubile.

19. Probatur 1. non competere, ex jure naturæ; quia jus naturæ semper manet immutatum, & idem est apud omnes, & omni tempore; sed ante legem Evangelicam poterat per repudium dissolvi etiam Matrimonium consummatum, & post legem Evangelicam potest etiam dissolvi, quando est contractum in infidelitate, & alter conjux convertitur ad fidem; ergo signum est, non esse naturale.

Secundo: quia si consideremus Matrimonium, ut est in naturæ officium ad sobolem propagandam, ægrè potest reddi ratio, cur marito ob conjugis sterilitatem non liceat eam dimittere, aut aliam ducere: si ut est in remedium contra fornicationem institutum; cur uxor, perpetuo morbo laborans, quæ huic malo remedium non adhibet, non poterit dimitti? Ergo ad aliam rationem hujus omnimodæ indissolubilitatis, recurrendum est.

20. Tertio: quia sapientissimi Ethnici, præclarissimi que juris naturalis investigatores, putabant licitum esse repudium; ut Romani, & Jurisconsulti sapientissimi existimabant, ex multis causis licere repudium.

Quarto: quia Math. 19. cum Christus dixit: *Qui dimissam duxerit, mæchatur:* Discipuli audientes hanc Matrimonii indissolubili-

18.

An fuerit merè positivum? Affirmat Abulensis.

Sententia Sanchez Matrimonium ex jure nature non esse omninò indissolubile.

19.

Probatur 1.

Secunda probatio.

20.

Tertis.

Quarta.

lubilitatem; quasi de re nova, & aliàs inaudita, scandalizati sunt & dixerunt: Si ita est, non expedit nubere; ergo signum est, non esse ex jure naturæ. Hactenus Sanchez.

21. Verùm, his non obstantibus, Basil. Pontius lib. 1. de Matr. c. 13. n. 1. asserit, Matrimonium per se & ex natura sua, seclusà quacumque lege positivà, esse indissolubile, & quantum est ex se; omnimodam firmitatem & indissolubilitatem habere, ita ut nulla ei ab extrinseco aliquo firmitas accedat.

Et n. 3. sic scribit: Contractum hunc ex natura sua ita postulare perpetuitatem, ut sine ea Matrimonii natura consistere nequeat, aded planum est, ut à nullo Catholico negari posse videatur, nisi abjectè nimis de Matrimonio sentiat; Contractus enim hic ex natura sua est mutui & reciproci amoris, ex jure naturali ortum habens, ad propagationem generis humani.

Unde perpetuitatem exigit; tum, ut ardentior sit amor inter conjunctos conjuges; tum, ut fidelior sit bonorum administratio; tum, ut recta sit filiorum educatio; tum, ut minor sit occasio dissensionum, ardentiorque dilectio inter affines conjugum; tum denique, ut adulteriis magis præcideretur causa, quæ frequentius evenirent, si liceret dimittere; tum, quia sic non certus agnosceretur pater, quo tolleretur religiosa filii educatio, everteretur debita parentibus reverentia, turbaretur bonum, paxque publica. Quis enim filium jam natum educaret, si verus ignoraretur parens? Quomodo cogeretur alere, quos non genuit? In omnibus autem necessariis ad finem, conditio debet accipi secundum exigentiam finis, ut inquit Aristoteles 2. Phys. text. 78. Hæc ille.

Benè optimè pro nostra Conclusionem, quæ dicit, hanc perpetuitatem maximè consonam esse naturæ rationali, & idèd à principio naturæ, hominibus à Deo fuisse inspiratam; sicuti præcepta quædam Decalogi, non quidem omninò necessaria sunt ad honestatem rationalis creaturæ, sed tamen maximè consona, & idèd à principio naturæ, Angelis hominibusque inspirata, ut sunt præcepta 2. tabulæ (excepto fortè illo, de non mentièdo) in quibus proinde Deus potest dispensare, uti etiam, secundum Pontium, & alios omnes Auctores, potest dispensare in perpetuitate Matrimonii.

Atque hæc est sententia Scoti 4. dist. 26. q. 1. n. 7. ibi: Et ex hoc patet solutio cujusdam questionis; an talis obligatio (perpetua Matrimonii) sit de lege naturæ, quia (sicut dictum est sup. dist. 17.) proprièssimè de lege naturæ est principium practicum per se notum, & conclusio demonstrativè descendens ex tali principio: secundario autem de lege naturæ, est verum evidenter consonum talibus principiis & conclu-

sionibus, licet non necessariè sequenti, & hoc modo marem & feminam obligari (indissolubiler) ad finem prædictum, est de lege naturæ, ut patet ex dictis. Hæc ille.

Et eod. n. in principio sic ait: Separata alia circumstantia; scilicet, quod per se non sibi invicem ad istum finem vinculo indissolubili obligari, honestum est. Hoc probatur ex præcedenti, quia si determinatio ad communiendum, & mutuò servendum, valet ad detinendum proli educationem, & ad bonam familiæ civitatis, multò magis ad hoc valet per se ad hæc determinatum personarum ad invicem; non autem perpetuo ad hæc determinatum; præ multas occasiones, & dissensiones occurrentes, nisi ad talem adhesionem esse finem vicem vinculo indissolubili obligatæ.

Est èdò, quod non possit prædicta determinatio (quæ principalis est in isto articulo) simpliciter necessaria ex ratione naturæ existere; probatur tamen sic: si quis prædicta quod marem & feminam sic obligari debet, dissolubiler) ad talem finem (sicut ad procedendam prolem & detinendam) est honestum & rationi naturæ consonum. Hucusque Scotus.

Qui propterea citatur pro ista sententia, quæ asserit, Matrimonium esse indissolubile jure divino naturali & positivo; & merito quidem, si benè intelligatur, videlicet, non pro diversis juribus, sed pro uno, quod vocari potest naturale positivum, sive, ut alibi dixi, naturale late dictum, id est, positivum maximè conforme naturæ, & quamvis non omnimodè necessarium; & hoc solum probant rationes Pontii & Alchorum apud Sanchez sup. n. 4.

Matrimonium (inquunt) à sua primariè institutione est indissolubile, ut constat c. un. de Voto in 6. ibi: Nos apte considerantes, quod votum solemniter ex sola ratione Ecclesiæ est inventum: Matrimonium vero est vinculum ab ipso Ecclesiæ capite institutum, Innocentiæ instituentem, unionem & indissolubilitatem accepit &c. Et ex Tridentinâ de Matrim. statim in principio: Matrimonium perpetuum &c. vide sup. Et tamen tunc nullum erat præceptum Ecclesiasticum, imò clarè ibi dicitur esse divinum; nec est aliud quod divinum positivum, nisi de abstinendo ab arbore verita; ergo est præceptum divinum naturale de indissolubilitate, hæc illi.

Sed quis non videt, hoc argumentum solum probare nostram Conclusionem? scilicet, esse præceptum divinum non positivum, quale erat præceptum de abstinendo ab arbore verita; sed quodammodo naturale, quia maximè consonum naturæ rerum.

B. O. S. C. Sacramentum Matrimonii

21. Oppositum docet Pontius.

Probatur.

22. Quare verum est perpetuum.

23. Hac perpetuitas est maximè consona naturæ rationali.

Est sententia Scoti.

27. Argumentantur 2. quod competit alicui ex sua definitione, competit naturaliter; est enim aut quidditas, aut propria passio; sed indissolubilitas competit Matrimonio raro & consummato ex sua definitione; ergo &c.

Planè competit ei ex sua definitione, juxta quod institutum est à Deo, non juxta illud, quod potuisset institui, si Deus voluisset. Cur enim, sicut statim post peccatum cessavit præceptum divinum, ut Quidam volunt, aut certè Deus dispensavit cum Judæis in illa indissolubilitate, ut Pontius & Alti admittunt; cur inquam eadem aut simili ratione, non potuisset Deus instituire à principio Matrimonium, ut esset solubile instar aliorum contractuum de consensu contrahentium, juxta c. 1. de Reg. juris: *Omnis res per quascumque causas nascitur, per easdem dissolvitur?*

Scio Gloss. ibi, verb. *Omnis res*, dicere: *Fallit hæc regula sup. de Baptis. Majores; Item in Matrimonio, quod solo consensu contrahitur, 2. q. 2. Sufficit: Sed solo dissensu non solvitur, 3. q. 7. Licet. Sed quæ ratio, nisi Voluntas divina, quæ quando voluit, & quousque voluit, reddidit Matrimonium insolubile, id est, fecit, ut per consensum contrahentium non posset dissolvi; quando autem voluit, & quamdiu voluit, fecit illud solubile?*

28. Respondet Pontius sup. n. 2. obligationem, quæ ex natura sua perpetua est, non minui intrinsecè; neque illi obviare, quod à supremo Domino dissolvi posset. Neque ex eo, quod decreverit supremus Dominus in aliquo casu dissolvere, nativam firmitatem minui, vel reddi minus firmam naturam suam; sicut neque ex eo, quod disposuerit non dissolvere, augeri firmitatem.

Nonnulla, inquit, hujus rei exempla sunt, in omnium doctrina certissima. Status enim ex natura sua perpetuam firmitatem exigit, adeo ut si firmitas desit, status ratio corrumpat necesse est, ut Theologi docent cum D. Th. 2. 2. q. 188. a. 4. Adde; statum Religiosum ex se, ex suaque natura esse omninò perpetuum, & tamen Pontifex auctoritate, à Deo accepta, potest eum dissolvere. Votum etiam absolutum ex se perpetuum est, quàmvis à Pontifice eadem auctoritate dispensetur. Hoc autem non est, statum Religionis aut votum, non esse omninò perpetuum ex se, sed de se esse perpetuum, per accidens autem temporale. Quòd ergo Matrimonium vel favore Baptismi, vel favore Religionis dissolvatur auctoritate divinâ, non obstat, quò minus ipsum Matrimonii vinculum, quantum ex ejus natura est, sit omninò indissolubile.

29. Neque ob id dicendum est, Matrimo-

nium non consummatum minus indissolubile; cum etiam consummatum auctoritate Dei posse solvi, indubitatum sit, & ostendent ea, quæ de lege repudii in lege veteri dicemus, infra suo loco. Quis enim dubitet, potuisse Deum relinquere etiam in nova lege repudii formam, eamque licitam, stante etiam ratione Sacramenti, sicut olim in populo Judaico atque Gentili fieri licebat?

Cum ergo quævis dissolubilitas sit tantum ab extrinseca potestate Dei, & conveniat Matrimonio ab extrinseco; non potest ob id dici Matrimonium aliquo modo solubile, quantum est ex se, neque ejus firmitatem esse ob id diminutam, neque Matrimonium consummatum ex se magis insolubile, quàm non consummatum; cum integra & essentialis Matrimonii ratio ita consistit consensu sine concubitu, ut concubitus nullo modo pertineat, neque ad essentialitatem, neque ad integritatem, aut complementum Matrimonii. Igitur ex se, & ex sua natura conjugium omninò insolubile est; solubile autem ab extrinseco, ut de voti obligatione, & status Religiosi vinculo, dicebamus. Usquead huc Pontius.

Respondetur: ex his tantum sequitur, quod superius diximus; scilicet, Matrimonium, ut jam institutum à Deo, esse insolubile; sicut etiam status Religiosus, & votum absolutum, secundum præsentem dispositionem Dei aut Ecclesiæ, de se perpetua sunt; si tamen Deus noluisse votum absolutum acceptare pro semper, sed pro aliquo solum tempore, non fuisset ex se perpetuum; & tamen absolutum, quantum est ex parte voventis. Et consimiliter dici posset de statu Religioso, si Ecclesia vel Superior Religionis noluisse acceptare vota solemnia pro perpetuo, sed solum pro aliquo determinato vel indeterminato tempore, jam status Religionis non foret ex se perpetuus; tametsi Religiosus vellet se pro semper obligare. Patet: quia hodie sunt aliqui Religiosi, quorum status non est perpetuus, sicut aliorum Religiosorum, quidquid ipsi intendunt, vel non intendunt; quia videlicet, ita eorum vota acceptantur, ut tamen à Superioribus possint dimitti.

Sic igitur, si Deus noluisse vinculum Matrimonii esse insolubile; quantumcumque conjuges intendissent se indissolubiliter obligare, mutuo tamen consensu potuissent vinculum illud solvere. Undè Scriptura indissolubilitatem non refert in consensum conjugum; sed in acceptationem Dei dicens: *Quod Deus conjunxit, homo non separet.* Ergo non præcisè ex natura rei, sed ex institutione divina, maximè conformi naturæ Matrimonii, oritur illa indissolubilitas,

T t t t

tas,

Matrimonium consummatum potest solvi auctoritate Dei.

30. Matrimonium ut jam institutum, est insolubile.

Si Deus voluisset fuisset solubile.

tas, tam in Matrimonio rato, quam in consummato.

Aliud exemplum ad idem propositum adfert Pontius sup. n. 13. dicens: Theologi docent communi sensu, Angelum & animam rationalem ab intrinseco incorruptibilem esse; quia nullâ facultate naturæ interire potest, licet destrui à Deo omnium Auctore possit. Ergo quòd Deus, qui rerum omnium Dominus est, jure agens supremi Domini, hujus uxoris mihi usum ad tempus conferat vel auferat; non tollit, quò minus ex se Matrimonium insolubile sit; quandoquidem nulla vis est in rerum natura, quæ possit dissolvere.

Respondetur, disparitatem esse; quòd Angelus & anima rationalis sint entia physica talis naturæ, ut nihil sit, quòd naturaliter possit eam destruere: at verò vinculum Matrimonii est ens aliquòd morale, similis naturæ cum vinculis aliorum contractuum; ac proinde per illas causas, per quas nascitur, possit destrui, sicut alia vincula; nisi aliter à Deo esset ordinatum, vel potius, nisi aliter à Deo ille contractus esset institutus.

Ex quo infertur: vinculum Matrimonii consummati, non magis ab intrinseco esse insolubile, quàm vinculum Matrimonii rati; sed propter majora inconvenientia, quæ possent sequi ex dissolutione Matrimonii consummati, noluit Deus, ut possit solvi, nisi per conversionem conjugis infidelis.

Audiamus Doct. Seraphicum 4. dist. 27. a. 3. q. 1. *Respondeo dicendum, quòd Matrimonium (consummatum) est insolubile, extremis manentibus; sed ipsi corrupti, vel eorum altero, solvitur; quia non manet ligatio, nisi etiam maneat, quæ ligatur. Extrema autem sunt destructiva, quia sunt extrema ratione sexuum, non animorum; & quia sexus respicit dispositionem a parte corporis, & ita vitam corporalem; dico, quòd rectè Matrimonium dicitur vinculum insolubile, sed non perpetuum. Ratio autem hujus insolubilitatis dispositivè venit ab ejus significatione; quia significat unionem indissolubilem, scilicet Christi & Ecclesiæ secundum conformitatem naturæ; sed effectivè venit ab institutione, quia sic Deus instituit, ut amplius non solvantur, dum vivunt.*

Si objicias: Omnis effectus, cujus causa est dissolubilis, ipse est dissolubilis. Sed causa Matrimonii est mutus consensus, & ille est dissolubilis; ergo &c. Resp. D. Bonavent. Non est tota causa Matrimonii: unde si esset tota causa, bene objiceret; sed ulterius est ibi divina institutio. Verumtamen illud non bene solvit pro eo, quòd si duæ causæ concurrunt ad eundem effectum, alterà destructivà non manet effectus; & ideo si ad Matrimonium cum institutione divina concurrat consensus, videtur

&c. Dicendum ergo, quòd est introducens tantum, & introducens & conservans. Quòd ergo dicitur, quòd si destruitur causa, & effectus; verum est de conservante, non est autem verum de introducente tantum. Consensus autem cum illa introducit, non conservat; & illi ipso desistente, non desinit.

Si istes: Vir tenetur uxori ex ratione Matrimonii reddere debitum; sed ex mutuo consensu possunt se perpetuò absolvere similiter ex mutuo consensu Matrimonium dividere. Similiter ex lege Matrimonii tenentur in simul cohabitare, & tamen possunt diversas Religiones ex communi consensu intrare, ergo &c.

Resp. Doctor Seraphicus ibidem: *Dicendum, quòd illud est in potestate conjugum, quia uterque habet potestatem sepe se conjungi; & quoniam uterque potest se se renuntiare, inde est, quòd cohabitatio & debiti solutio potest dividi; non se cohabitatio, quòd Deus instituit, quòd tenet ratione Sacramenti.*

Ecce quomòd S. Bonaventura insolubilitatem Matrimonii consummati conjugum, non ex ratione Sacramenti, aut legitimitatis præcisè; sed maxime ex institutione Christi.

Rogas, quid sentiat de insolubilitate Matrimonii rati? Ibidem q. 2. scribit in hæc verba: *Quòd tale Matrimonium sit insolubile, ostenditur; quia determinatum est in jure, quòd si quis per verba de presenti consentiat in aliam, & post in aliam consentit, & carnaliter cognoscit, quòd ad primum recesserit, est; ergo primum vinculum fuit insolubile, cum non solvatur per Matrimonium consummatum. Item hoc ipsum ostenditur per dispositionem Matrimonii. Est maris & femine legitimus consensus, individuum vitæ consuetudine retinens. Item quòd Dominus dixit Matrim. Quòd Deus conjunxit, homo non separet, aut intelligitur, quòd per conjugationem animorum, aut corporum. Quòd immutabile est; quia illa copula sanctior est, & ita intelligitur, videtur quòd quòdammodo insolubile. Item Matrimonium significat unionem ad conjunctionem animorum, & conjunctionem Dei & Ecclesiæ. Sed Ecclesia semel Christo desponsata nunquam separatur, nec separatur, ergo nec illud Matrimonium. Hæc ille.*

Et post aliquas objectiones sic ait in corpore. *Respondeo dicendum, quòd insolubilitas requiritur Matrimonium, non tantum consummatum, sed etiam ratum; & propter hoc consummatum est, quia quandam insolubilitatem, licet minorem, quam Matrimonium consummatum, habet; habet tamen sibi competentem, sicut & illud.*

Interrogas Doct. Seraphicum, in quo consistat illa minor insolubilitas? Sic ait: *(inquit ille) vinculum Matrimonii consummati*

31. *Exemplum Pontii de incorruptibilitate Angeli.*

Ostenditur disparitas.

32.

Declaratur insolubilitas Matr. consummati ex D. Bonav.

33. *Objectio.*

*Solvitur.*

BIBLIOTHECA  
SACRAMENTI  
MATRIMONII

Indissolubilitas  
matrimonii ex  
naturam.

matrimonium est insolubile viventibus extremis vita corporali, nec solvitur nisi morte corporali, sic nec Matrimonium, in quo est conjunctio mentium & animorum, potest solvi, nisi homo moriatur spiritualiter huic mundo, sive operi carnis; & hoc fit intrando Religionem, & emittendo votum solemne castitatis. Ex tunc enim solvitur tale Matrimonium, ex quo spiritualiter moritur. Et hoc probatur per illam decretalem Alex. de Convers. conjug. Ex parte tua. Concedendum est igitur, Matrimonium illud esse insolubile suo modo, cum sit Sacramentum; nec separatur ab homine, sed à Deo, cui solemne continentie votum promittitur. Hactenus S. Bonavent.

Igitur minor illa insolubilitas Matrimonii rati, & major insolubilitas Matrimonii consummati, in eo consistit, quod Matrimonium ratum in aliquo casu possit solvi, in quo non solvitur Matrimonium consummatum, puta per solemnem professionem in Religione approbata. Sicut etiam Matrimonium consummatum fidelium majorem habet insolubilitatem, quam consummatum infidelium; quia hoc solvi potest per conversionem unius ad fidem, altero nolente cohabitare.

37. *Qua causa efficiens majoris insolubilitatis Matrimonii consummati.*  
Et verò quæ causa efficiens tantæ indissolubilitatis? An forte ratio Sacramenti? Sed illa etiam invenitur in Matrimonio rato fidelium, & non invenitur in Matrimonio consummato infidelium, quando uterque ad fidem convertitur. An fortassis significatio conjunctionis Christi cum Ecclesia per unionem hypostaticam? Sed neque hæc invenitur in Matrimonio consummato infidelium quando uterque convertitur ad fidem. Ut etiam non reperitur in Matrimonio bigami cum 2. uxore, & tamen non propterea habent minorem insolubilitatem.

Insolubilitas  
matrimonii ex  
provenit ex  
significatione  
unitatis  
hypostaticæ  
extrinsecæ  
secundum  
Pontium.

Affero (inquit Pontius sup. c. 14. n. 6.) cum Matrimonium consummatum est, convenire illi significationem conjunctionis per unionem hypostaticam proximè & directè; & tunc Matrimonium dici insolubile in insolubilitate quadam extrinseca, in hoc sensu, quod semel consummato Matrimonio, cessat etiam alter casus ex his, in quibus disposuit Christus, ut dissolveretur Matrimonium, scilicet favore status Religiosi; quæ insolubilitas extrinseca est, nihil addens, neque diminuens intrinsecam firmitatem; cum tamen potuisset Deus instituire, ut etiam Matrimonium consummatum dissolveretur favore Religionis, si vellet, non obstante ratione Sacramenti, & significatione ejus unionis: sicut illis non obstantibus Matrimonium fidelis non consummatum dissolvitur favore status Religiosi. Et juxta eorum sententiam, qui di-

cunt ejusmodi significationem convenisse omni Matrimonio, etiam ante Christum, & in veteri lege, non obstante eâ significatione unionis hypostaticæ, dissolvebatur libello repudii interveniente.

Ea igitur significatio non efficit, sed signum à posteriori est, ex quo colligimus, eam extrinsecam solubilitatem cessasse. Atque hujus significationis maximè habetur ratio in bigamia. Nam ea inducitur defectu Sacramenti, id est, conjunctionis per unionem hypostaticam unius sponsi cum una sponsa, appellaturque ab Innoc. 3. in cap. *Debitum*, de Bigam. defectus Sacramenti. Et idè etiam dixit Aug. bigami Matrimonia deficere à mensura Sacramenti. Maneat ergo, Matrimonium naturâ suâ esse vinculum perpetuum indissolubile, solumque à Deo solvi posse, à quo quodcumque tam consummatum, quam non consummatum dissolvi potest. Hactenus Pontius.

Qui licet non per omnia placeat, ut patebit ex infra dicendis, tamen in hoc displicere non potest, quod neget cum D. Bonav. sup. indissolubilitatem Matrimonii consummati effectivè provenire ab ejus significatione; sed magis ab institutione seu voluntate Dei. Quid ergo est significatio? Dispositio quædam, ut loquitur D. Bonav. sup. seu, ut ait Pontius, signum aliquod à posteriori, ex quo colligimus eam extrinsecam solubilitatem cessasse. Et secundum hæc intelligo D. Aug. & alios SS. PP. quando videntur ex significatione Matrimonii consummati colligere majorem ejus indissolubilitatem.

39. *Explicatur Eugen. 4. ex Pontio.*  
Quo etiam modo intelligendum, quod habet Eug. 4. in suo Decreto, ibi: *Terminus (bonum Matrimonii) indivisibilitas Matrimonii, propter hoc quod significat indivisibilem conjunctionem Christi & Ecclesie.* Ubi loquitur non de solo Matrimonio consummato, sed etiam rato fidelium.

Tantum enim vult (inquit Pontius sup. n. 4.) hoc bonum, quod reperitur in Matrimonio baptizati, esse indissolubilitatem; non quamcumque, eam enim ex sua natura habet, sed extrinsecam tantum; quia scilicet cessat jam casus ille dissolutionis Matrimonii in favorem baptizati, cujus signum est, ea conjunctionis Christi & Ecclesie significatio, quæ convenit Matr. eo ipso, quod est vinculum hominis baptizati. Nusquam autè neq; Concil. neque Aug. in eam significationem tantum retulere indivisibilitatem Matrimonii; sed illam, quam non habet Matrimonium infidelium consummatum, quod in favorem baptizati dissolvi potest divino jure; quæ insolubilitas extrinseca tantum est, & neque auget neque minuit naturam insolubilitatem Matrimonii. Hæc ille.

T r t t t 2 At-

38. *Hæc significatio non efficit, sed est signum à posteriori.*

39. *Explicatur Eugen. 4. ex Pontio.*

40.  
Vri & Alii  
qui similiter  
loquuntur.

Atque in hoc sensu (prosequitur n. 5) cum ista significatio soleat appellari Sacramentum, latè sumptà voce Sacramenti, accipio eos, qui dicunt absolute Matrimonium insolubile ratione Sacramenti. Nam insolubilitatis nomine intelligunt hanc insolubilitatem extrinsecam; & nomine Sacramenti intelligunt, non Sacramentum strictè dictum, sed quatenus arcanam hanc significationem habet.

S. Aug. hanc  
significatio-  
nem sæpe  
appellat Sa-  
cramentum.

Audite D. Aug. lib. i. c. 10. de Nupt. & concupit. *Quoniam sanè non tantum fecunditas, cujus fructus in prole est, nec tantum pudicitia, cujus vinculum est fides; verum etiam quoddam Sacramentum nuptiarum commendatur fidelibus conjugatis. Undè dicit Apostolus: Viri diligite uxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam: hujus procul dubio Sacramenti res est, ut mas & femina connubio copulati, quamdiu vivunt, inseparabiliter perseverent, nec liceat, excepta causa fornicationis, à conjugè conjugem dirimi. Hoc enim custoditur in Christo & Ecclesia, ut vivens à vivente in æternum nullo divortio separetur. Cujus Sacramenti tanta observantia est in civitate Dei nostri, in monte sancto ejus, hoc est, in Ecclesia Christi, quibusque fidelibus conjugatis, qui sine dubio membra sunt Christi, ut cum filiorum procreandorum causa, vel nubant femine, vel ducantur uxores, neque sterilem conjugem fas sit relinquere, ut alia secunda ducatur.*

Et lib. de Bono conjugali c. 7. inquit: *Quod tamen (scilicet alteri nubere) si non licet, sicut Divina regula præscribere videtur, quem non faciat intantum, quid sibi velit tanta firmitas vinculi conjugalis? Quod nequaquam puto tantum valere potuisse, nisi alicujus rei majoris, ex hac infima mortalitate hominum, quoddam Sacramentum adhiberetur, quod deserventibus hominibus, atque id dissolvere cupientibus, inconcussum illis maneret ad pœnam. Et verò quid aliud illis inconcussum maneret, nisi arcana significatio conjunctionis Christi cum Ecclesia? Illam ergo Aug. intelligit nomine Sacramenti.*

41.  
Sic etiam  
accipitur  
Catechismus  
Pii V.

Sic etiam accipio (inquit Pontius sup.) Catechismus Pii 5. part. 2. c. 8. q. 11. ibi: *Quamvis enim Matrimonio, quatenus natura est officium, conveniat, ut dissolvi non possit, tamen id maxime fit, quatenus est Sacramentum, id est, quatenus significat conjunctionem Christi cum Ecclesia.*

Itaque, secundum Pontium, cuilibet Matrimonio, sive infidelium, seu fidelium, tam rato, quam consummato, ex natura rei sua competit insolubilitas, quæ intrinseca dici potest, & nullo casu amittitur; præterquam alia extrinseca provenit Matrimonio fidelium ratione Sacramenti regenerationis, aut significationis conjunctionis Christi

cum Ecclesia per unionem hypostaticam. Sed hanc naturalem & intrinsecam insolubilitatem, secluso omni jure positivo divino, negat Sanchez, ut sup. vidimus, propter plures rationes, quibus etiam Pontius sup. c. 13. n. 13. & sequentibus conatur satisfacere. Ad 1. supra audivimus respectum nem, quæ ibi à nobis expensa fuit.

Ad id, quod secundo loco adductum Sanchez; scilicet, ægrè posse reddi rationem si Matrimonium spectetur, ut est ad solvendum procreandam, cur non possit dissolvi in sterilitate, cur non possit dirimi ob ægritudinem Respondet Basil. n. 14. per ea, quæ acciderunt tario eveniunt, non dissolvi Matrimonium. Si enim adhuc in humanis legibus spectetur, quod plerumque est, à fortiori in naturali lege.

Adde; quando in aliquo Matrimonio, qua ratio non militat, minorumque alius, ex quibus etiam insolubilitas deducitur. Unde in sterili Matrimonio, in quo non est officii natura, est remedium sterilitatis, cur non possit dirimi ob ægritudinem? Respondet Basil. n. 14. per ea, quæ acciderunt tario eveniunt, non dissolvi Matrimonium. Si enim adhuc in humanis legibus spectetur, quod plerumque est, à fortiori in naturali lege.

Adde; ex mutuo amore transferri dominium corporis, quod ex se proprium est, & radix etiam copulæ carnalis, licet per accidens aliquo impediatur casu: ratio autem insolubilitatis annexa est illi translationi dominii ex amore mutuo, quæ perpetuitatem exigit ex genere suo. Hæc ille.

Sed hoc est, quod queritur; an translatio dominii proprii corporis ex amore mutuo, non possit ex mutuo consensu dissolvi, secluso quocumque alio extrinseco; sicut potest dissolvi translatio dominii alterius. Hoc ergo probatum oportuit, non solum.

Probat, inquit, ab absurdo, quod non potest fornicatio non esse illicita, ut non potest quies vir accedat ad foemina, postea dicitur pro illo tempore dare potestatem & dominium corporis, sicut & femina recipit, inde accessus esset ad suam pro eo bono tempore, ut pater; supposito, quod post istum illum jam transactum, possent illud benevolentium Matrimonium dissolvere, quod manifestum esset inconveniens, & contra bonum proles & propagationis. Ita Dicitur h. tit. 2. n. 352.

Et prosequitur, dicens: Non potest hoc inconveniens Caramuel in sua Theologia moralis, alioquin doctissima, qui hæc contendit probare lib. 3. n. 1600. Si Deus fornicationem non interdixisset, non esset malum nec peccatum. Quod tamen plerique, aut forte

omnes Catholici, avertantur. Quod si non bene audiebat Durandus olim, & Martinus de Magister, fatentes peccatum esse, sed non mortale; quid dicit tanta Theologorum caterva, si aliquis diceret naturam suam non esse peccatum?

Certe homines, non solum rudes & barbari, sed culti & sapientes Gentilium, potuerunt & poterunt excusari; imò in lege naturae ante legem scriptam, imò & post legem scriptam (quae solum fuit pro determinata gente Israelitica) poterant ignorare. Imò non constabat illis de prohibitione Dei comparatione ipsorum; atque adeo non solum repudium, sed quavis conjunctio, saltem soluti cum soluta, etiam pro una vice, potuit illis licere; non ex ignorantia vel errore, sed absolute; quia nulla lex positiva (etiam divina) obligat sine sufficiente intimatione & notitia illius; hujus autem legis (si naturae rationali opus ex se non dissonat) quotusquisque Gentilium, etiam eorum, qui satis erant exculti, habebant olim notitiam, aut hodie habent? Hucusque Dicastillo.

45. Quidquid sit de hac doctrina Caramuelis, quam hic nolo discutere; quæro tantum, an Deus possit dispensare in perpetuitate, seu indissolubilitate Matrimonii? Omnes unanimi ore respondent affirmativè, etiam Pontius & Dicastillo.

Interrogo rursùm: Dispenset Deus mecum, num idè fornicatio erit mihi licita? Minimè, quia fornicatio est copula cum non sua; undè ego sic dispensatus, adhuc potero peccare vero peccato fornicationis, si accedam ad foeminam, sine animo dissolvendi prius Matrimonium, & novum cum ea contrahendi.

46. Et verò ubi scriptum est, Deum non posse dispensare in præcepto non fornicandi? Omnino posse dispensare, docet Scotus, & omnes ejus discipuli, & alii Theologi complures. Quàmvis ergo fornicatio ex natura sua mala sit; non sic tamen, quin Deus possit illam reddere licitam; ac proindè, estò concederemus, uti & concedimus, Matrimonium ex natura sua esse indissolubile; non sic tamen, quin Deus possit illam indissolubilitatem tollere; & idè non est indissolubile, sine omni præcepto positivo, superaddito naturae Matrimonii. Sicuti etiam fornicatio non est peccaminosa, sine omni præcepto positivo, superaddito naturae illius actus. Nec aliud voluit Caramuel supra.

47. Sed nunquid ex hac doctrina bene inferitur: ergo etiam sapientes Gentilium potuerunt & poterunt excusari, non solum ex ignorantia, sed absolute à peccato fornicationis? Non puto: quippe etiam lex naturalis latè dicta scripta fuit in cordibus

hominum; describitur quippe, lex divina positiva, à principio creaturæ Angelis, hominibusque inspirata, propter summam ejus convenientiam cum natura rationali. Igitur excusari non poterunt, nec possunt Gentiles à peccato fornicationis, nisi per ignorantiam invincibilem eo modo, quo possunt excusari veri Christiani & Catholici, & olim Judæi poterant excusari. Igitur propter hanc rationem Dicastillonis ab absurdo, non est recedendum à nostra Conclusione.

Videamus jam; an ratio ejus à priori cogat recedere. Est autem talis: Matrimonium naturam suam ordinatur, tum ad propagandam prolem; tum ad bene illam instruendam & educandam; sed si Matrimonium dissolvi posset, esset contra prædicta bona, ut ex se patet, ordinariè loquendo; nam quod aliquando possent ejusmodi inconvenientia vitari, per accidens est: ergo indissolubilitas est contra naturam Matrimonii, naturam suam ordinari in prædicta bona. Cùm ergo natura sua talia bona postulet, etiam naturam suam postulat indissolubilitatem; & aliter factum, non solum est illicitum, sed invalidum. Nec Deus dedit potestatem transferendi dominium, nisi perpetuè. Hæc ille.

48. Et hinc Greg. 9. cap. fin. de Condit. ap. inter conditiones repugnantes substantiæ Matrimonii, etiam solum rati, hanc inter alias exprimit: *Contrabo secum, donec inveniam aliam, honore vel facultatibus divorem*, utpote repugnantem ejus indissolubilitati. Ergo indissolubilitas est de substantia Matrimonii.

Sed neque hoc argumentum quidquam probat, præter nostram Conclus. scilicet, naturam seu substantiam Matrimonii postulare indissolubilitatem, prout hic contractus substat Divinæ institutioni, ut patet ex supradictis.

Deinde; Coninck hic disp. 26. n. 25. inquit: etsi rationes, quæ ex fine Matrimonii tumuntur essent firmissimæ; tamen solum probarent, Matrimonium illicite dissolvi utriusque consensu, nullo autem modo probarent, invalidè id fieri. Nam eadem omnia dicta mala, sunt magis nata sequi ex Matrimonio Catholici cum perversa hæretica, aut apostata à fide; & longè magis hæc conjunctio repugnat bonæ prolis institutioni, & paci domesticæ, quàm polygamia, vel Matrimonii indissolubilitas, & tamen illud Matrimonium validè, licet illicite contrahitur.

49. Respondet Dicast. sup. n. 359. ea damna, si sequantur ex tali Matrimonio, omnino per accidens sequuntur; & illa disparitas cultus & Religionis omnino est accidentaria materiæ ipsius contractus, secundum quod

47. Ratio Dicast. qua probatur indissolubilitatem esse juris naturæ.

Confirmatur ex c. fin. de Condit. ap. p.

Confirmatio rejicitur ex Coninck.

49. Resp. Dicast.

CONCLUSIO II.

In lege veteri licite solvebatur Matrimonium consummatum per libellum repudii.

Princeps facile probatio hujus Conclu-  
sio est id, quod legitur Deuter. 24. *Si  
ceperit homo uxorem, & habuerit  
eam; & non inuenierit gratiam oculis  
ejus, propter aliquam fornicationem scribet  
libellum repudii, & dabit in manu illius, & mi-  
tiet eam de domo sua. Et ut scies, per hoc  
libellum Matrimonium fuisse dissolutum  
actum subjungitur: *Compe virginitatis  
terum maritum duxerit, & illi quæque ad-  
eum, dederit, et libellum repudii, & dimiserit  
de domo sua, vel certe mortuus fuerit, non po-  
terit prior maritus recipere eam, quia  
polluta est & abominabilis coram Do-  
mino. Codices Hebræi & Græci habent:  
Abominatio est coram Domino, qui quod  
priorem maritum redeat.**

Confirmatur: quia Deuter. 27. & 28. scri-  
buntur benedictiones piorum & maledic-  
tiones impiorum, nulla fertur maledic-  
tio super nuptias repudiarum, neque ul-  
libi à Prophetis tales nuptie contingunt  
seu reprehenduntur. Non est autem veri-  
simile, quod Deus permisisset incorre-  
ta & impunita tot adulteria, quæ ex illo re-  
pudio nata erant sequi, si Matrimonium  
non fuisset dissolutum.

Præsertim, dicitur aliquis, cum illa adul-  
teria essent majus malum, quam uxoricid-  
dium, quod natum erat sequi, si non fuisset  
permisus libellus repudii. Quamvis enim  
uxoricidium, sit gravius peccatum adu-  
lterio; equidem plura adulteria possunt à  
malitia superare unum uxoricidium, ut  
autem ex libello repudii sequatur  
quàmplurima adulteria, ut contumaci-  
tetur, cum ex negatione ejus, si non  
uxoricidium fuisset secutum.

Sed contra: si per libellum repudii  
verè dissolvebatur Matrimonium, ut  
Conclus. ita ut mulier dimissa, valde  
licite posset ducere alium maritum, cum  
polluta & abominabilis facta est talis  
licet coram Domino? Cur relictus ad pro-  
prium maritum abominatio est coram Do-  
mino?

Ob quam causam talis mulier vocatur  
fornicaria? Jerem. 3. v. 1. *Vulgè dicitur: Si  
dimiserit vir uxorem suam, & recesserit ad  
dixerit virum alterum? Nunquid recen-  
tur ad eam ultra? Nunquid non polluta  
contaminata erit mulier illa? Tu autem reco-  
cata es cum amatoribus multis: tamen revo-*

ordinatur in naturale bonum propagationis  
& educationis prolis, consideratà educatio-  
ne in ordine ad bonum naturale inferioris  
ordinis, id est, humani, secundum rationem  
societatis humanæ, & humanæ vitæ præci-  
sè sumptæ, & ut abstrahit ab ordinatione in  
finem supernaturalem; hoc enim tantum  
respicit contractus Matrimonii, si stemus  
præcisè in jure naturæ; atque hoc bonum  
æquè potest habere locum cum quavis dis-  
paritate cultus inter conjuges, sed non potest  
æquè locum habere, si dissolubilis sit con-  
tractus Matrimonii, & ad tempus possit tra-  
di dominium corporis; ex quo sequeretur  
incertitudo filiorum, & minus amoris pa-  
rentum in liberos, & contra, & minus  
unionis & conformitatis parentum inter se,  
& in ordine ad procurandum bonum natu-  
rale prolis. Propter quæ omnia credendum  
non est, inesse homini eam potestatem tran-  
sferendi dominium dissolubile, & non per-  
petuum. Hæc ille.

50. Neque obstat, quod sapientissimi Ethnici,  
Occurritur  
objectioni ex  
Pompeio.  
rerum naturalium investigatores, existima-  
verint se habere eam potestatem. Nam (in-  
quit Pontius sup. n. 15.) facile illi ignorantia  
juris labi potuerunt; cum non sit hæc  
res ex his, quæ immediatè deducuntur  
ex naturæ principiis. Nec mirum, si Ju-  
dæi, cum audierunt, Christum, ad pri-  
mam institutionem Matrimonium revo-  
cantem, dixerint: *Expedi non nubere.* Cum  
enim illis ex dispensatione Dei repudia lice-  
rent, asperum visum est, ab inveterata con-  
suetudine recedere, & illam abrogari. Ita  
Basiliius.

51. Sed contra: si non sit hæc res ex his, quæ  
Contra:  
immediatè deducuntur ex naturæ principiis,  
sicuti reverà non est; signum profectò, quod  
indigeat positiva Dei voluntate seu institu-  
tione, quæ seclusa, si non licitè, saltem va-  
lidè posset dissolvi mutuo consensu, non ob-  
stantibus malis seu damnis supradictis; imò  
aliquando licitè, quando scilicet ex dissolu-  
tione non timerentur illa mala seu damna;  
veluti si est Matrimonium tantum rarum,  
vel consummatum absque sobole, vel ea jam  
est commodè educata; & alioquin, si Matri-  
monium non dissolvebatur, jam timerentur ma-  
jora mala seu incommoda, propter quæ  
Deus in veteri lege voluit, ut Matrimonium  
etiam consummatum, validè & licitè per  
libellum repudii dissolvebatur, ut videbi-  
mus Conclus. sequenti, quæ talis est:

BIBLIOTHECA  
SACRAMENTUM  
PARIS

tere ad me, dicit Dominus, & ego suscipiam te.

54. *Respondeo ad 2. interrogationem: hic est sensus illorum verborum: Repudiata non debet redire ad primum virum, quando polluta est cum altero, id est, quando cum altero rem habuit, quia abominabile est coram Domino, ut mulier toties mutet maritos, &, quasi commodata fuerit alteri, iterum redeat ad primum.*

*Respondeo ad 1. interrogationem: Quia maritus ejus publicè, & promèdè coram Domino, eam pollutam & abominabilem judicavit, cum illam ejecit; quia mulier ista à marito suo notata est publicè infamià, & ab eo facta est abominabilis & polluta, ideo non est æquum, ut eam amplius habeat, etiam si fortè cupiat eam ducere.*

55. *Respondeo ad 3. interrogationem: Dominus ibi argumentatur à minori; si vir non recipit repudiatam, si ea nupserit alteri; quantum magis deberem ego non te recipere, quæ non nupisti alteri, sed fornicata es cum amatoribus plurimis? Ita respondet ad has interrogationes Bellarminus lib. 1. de Matr. c. 17. object. 14. ubi vocat nostram Concl. probabilissimam.*

*Aliter responderi posset: mulierem illam abominabilem factam coram Domino; quia legali immunditia aspersa, propter quam prohibetur Sacerdoti, eam accipere in conjugem, Levit. 21. v. 14. Viduam autem & repudiatam & sordidam, atque meretricem non accipiet (Sacerdos) sed puellam de populo suo &c. Item v. 7. Scortum & vile prostibulum non ducent (Sacerdotes) uxorem, nec eam quæ repudiata est à marito. Ex qua lege videtur colligi, licuisse aliis ducere repudiatam, quemadmodum licebat ducere viduam & meretricem.*

56. *Alioquin sanè, ut notat Bellar. sup. fuisset permissio libelli repudii valdè inæqualis. Nam, inquit ille, viris permittebatur alias uxores ducere, cum esset eo tempore licita polygamia unius viri cum multis uxoribus; foeminae autem, quæ tamen sunt infirmiores, coactæ fuissent perpetuo continere, & aliquando sine ulla culpa. Non enim licebat foeminis habere simul plures viros, quare debuissent, aut adulteræ fieri, aut perpetuo continere. Quis autem credet, in lege veteri fuisse coactas mulieres perpetuum cælibatum, eo tempore inusitatum, tolerare?*

57. *Deinde sic argumentatur: Lex vetus non puniebat nuptias repudiarum cum aliis viris, ut patet Deuter. 24. ergo si illæ nuptiæ adulteræ erant, lex tolerasset publica & continua adulteria. At quis facile sibi persuadeat, eam legem, quæ jubebat lapidari mulierem, quæ semel in adulterio deprehensa esset, simul tolerasse tot adulteria,*

quæ publicè patrata fuissent à multis toto vitæ tempore? Hæc ille.

*Exscribo adhuc unum argumentum ejusdem Auctoris: Lex (inquit) prohibebat, ne repudiata, post mortem secundi mariti, posset unquam reduci à priori marito, & quidem ita prohibebat, ut simul judicaret esse grave peccatum, si id fieret, ut patet expendenti textum c. 24. Deuter. At si per repudium non solvebatur vinculum conjugii, non erat peccatum, nec prohibendum, imò valdè bonum & optandum, ut uxor rediret ad suum verum maritum. Ita Bellar.*

*Nonnè apud Apost. 1. Cor. 7. v. 10. & 1. Cor. 7. 11. scriptum est: *Is autem qui Matrimonio juncti sunt præcipio non ego, sed Dominus, uxorem à viro non discedere, quòd si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari? Cur ergo in veteri lege repudiata prohibebatur reconciliatio cum priori marito, si ipse, etiam post libellum repudii, manebat verus maritus?**

*Propter adulterium, inquis, commissum, tam ex parte ipsius, quam secundi viri. Contra: ergo etiam debuisset prohiberi Matrimonium cum secundo viro. Veluti in lege nova, tamen ob fornicationem possit fieri separatio quoad thorum, tamen nec una, nec altera pars potest nubere alteri; sic ergo, si per libellum repudii in veteri lege non solvebatur Matrimonium, potius mulieri prohibendum erat secundum Matrimonium, quam post secundum Matrimonium reconciliatio cum vero marito: & potius repudiatio uxoris prohibenda fuisset, ex qua tot mala oriebantur. Jam autem non solum non prohibebatur repudiatio, sed quasi præcipiebatur, ut patet ex Deuter. 24. itemque ex Malach. 2. v. 16. *Cum odio habueris (uxorem) dimitte, dicit Dominus Deus Israel,* quæ verba præceptum magis sonant, quam nudam permissionem.*

*Audiat Doct. Subt. 4. dist. 33. q. 3. n. 4. *Alia opinio dicit; quòd datio libelli, & repudiatio uxoris, licita fuit pro tempore legis Moysi; quia Moyses promulgavit legem Dei, & ideo quos ipse conjunxit in legislator, & pronuntiavit, & Deus conjunxit; & quos separavit, Deus separavit, Deus autem potest separare matrimonialiter conjunctos.**

*Præterea: secundum Aug. in Epist. 1. ad Hieron. & ponitur in Canon. dist. 9. Si ad sanctas Scripturas admissa fuerint officiosa mendacia, quid in eis remanebit auctoritatis? *Quasi dicat, nihil. Et ratio est, quia quæcumque auctoritas adducatur ad repellendam hæresim, respondebitur, illud esse dictum mendaciter jocosè; sicut & illud alibi. Ergo à simili in Scriptura nulla auctoritas præceptiva auctoritatem habebit: & consimiliter de consiliis, si aliquod consilium datum in Scriptura**

57. *Quarta probatio ejusdem Auctoris.*

58. *Occurritur objectioni;*

Malach. 2.

59. *Quinta probatio Conclus. ex Scoto.*

59. *Probatur 6. ex D. Aug.*

non esset salubre, vel utilius ad servandum, nulla esset auctoritas observationis in Scriptura ergo à simili, si aliqua concessio sit in Scriptura de aliquo illicito, sicut ista, sequitur, quod nulla concessio simpliciter auctoritatem habeat, quod concessum sit licitum.

Septima probatio ex scoto.

Præterea; lex justa non debet directe dare occasionem peccandi mortaliter: sed ista concessio videbatur directe esse occasio Judæis, dimittendi uxores; si enim hoc non fuisset scriptum, non magis dimisissent, quam Patres ante legem Moysi: ergo vel hoc non erat peccatum mortale, vel lex non erat justa. Ita Scotus pro nostra Conclus. vocans libellum repudii non nudam permissionem repudii, sed potius legem seu positivam concessionem.

60. Ratio concessionis repudii ex eod.

Rogas Scotum: æquænam ratio hujus legis seu concessionis? Respondet citius: Modus conveniens, quo ista opinio teneri posset, est iste. Completa justitia non est in ista commutatione vel contractu matrimoniali, nisi ex ratificatione Divina, licet ante in ea inveniat illud, quod sufficit ad justitiam ex parte commutationis, & commutantium: & quandoque talis justitia inveniri potest in commutatione, rationale est, Deum ratificare eam: sed sicut commutatio corporis viri pro pluribus corporibus mulierum, est justa, quando talis commutatio est necessaria ad procreationem prolis, & ideo tunc justè Deus dispensavit, & approbavit bigamiam, propter majus bonum proveniens, quàm esset ex alia parte commutando unicum pro unico, & commutantes deberent sic velle commutare secundum rectam rationem; ita in proposito propter majus malum vitandum, quàm sit bonum indissolubilitatis conjugii, potest Deus dispensare, ut fiat contractus ad tempus, donec mulier displiceat viro, & in hoc salvatur justitia aequaliter, quia non tantum propter majus bonum consequendum, sed etiam propter majus malum vitandum, debent partes velle sic commutare; majus autem malum est uxoricidium, quàm dissolubilitas; quia illud esset magnum malum pœnæ uxoris interfectæ, & grave malum culpæ interficientis, & esset malum toti Reipub. quia occasio continuæ discordiæ & pugnæ, propter iram parentum uxoris ad interfectorum, & in hoc continua familiæ dissipatio; quia viro interfecto, ab adversariis vel à lege destrueretur familia ejus, & educatio prolis. Hactenus Doct. Subtilis.

Repudium concessum ad vitandum uxoricidium,

quod est majus malum dissolubilitate.

61. An Scotus adhereret vestra Conclus.

Et concludit dicens n. 6. Sic ergo posset dici, quod sicut Deus dispensavit in bigamia propter majus bonum: ita cum ista Gente in repudio, propter majus malum vitandum. Sed nunquid Scotus adhereret huic sententiæ? Sanè, ut bene notat Scholium præfixum n. 6. solvit exactissimè argumenta urgentia pro sententiâ opposita; sed in fine quæstionis ostendit, se in hac quæst. problematicum; unde à Sanchio lib. 1. o. dist. 1. n. 4. citatur pro ea sententiâ, quæ utriusque partem problematice tuetur, utriusque argumenta solvens, & neutram definitur. Et pro eadem sententiâ citatur ibi D. Thomas 4. dist. 33. q. 2. a. 2. quæstionibus. Proinde dubitari nequit; quin sententiâ opposita nostræ Conclus. etiam sit probabilis, quam in terminis docet S. Bonaventura 4. dist. 33. a. 3. q. 1. in corpore, ubi sic legitur. Resp. dicendum; quod, secundum quod dicit Dominus, repudium uxoris nunquam licitum fuit, ut sine culpa fieret; fuit tamen licitum fieret sine pœna. Unde aliquid licet aliquid est duplici de causa: aut quia non videtur restitudo, aut quia non obviat perniçiositate hoc modo licet uxorem repudiare, quia non obviat perniçiositate. Pro hac doctrinâ plures allegat Sanchez n. 5.

blematicum; unde à Sanchio lib. 1. o. dist. 1. n. 4. citatur pro ea sententiâ, quæ utriusque partem problematice tuetur, utriusque argumenta solvens, & neutram definitur. Et pro eadem sententiâ citatur ibi D. Thomas 4. dist. 33. q. 2. a. 2. quæstionibus.

Proinde dubitari nequit; quin sententiâ opposita nostræ Conclus. etiam sit probabilis, quam in terminis docet S. Bonaventura 4. dist. 33. a. 3. q. 1. in corpore, ubi sic legitur. Resp. dicendum; quod, secundum quod dicit Dominus, repudium uxoris nunquam licitum fuit, ut sine culpa fieret; fuit tamen licitum fieret sine pœna. Unde aliquid licet aliquid est duplici de causa: aut quia non videtur restitudo, aut quia non obviat perniçiositate hoc modo licet uxorem repudiare, quia non obviat perniçiositate. Pro hac doctrinâ plures allegat Sanchez n. 5.

Probat etiam Scotus supra, frons. 60. auctoritate Christi, repudium licet esse in ditionem Matth. 19. v. 9. Bonaventura in rebus, quia quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam licet pœnitentiam: & qui dimissam duxerit, peccat. Probat 2. per rationem, quam Chastellanus pro se adducit, quæ est talis; A principio conjunxit Deus masculum & feminam in contractu Matrimonii, ut patet ex verbo Adæ, & infert Christus: Quod Deus conjunxit, homo non separat.

Probat 3. per rationem, quam Chastellanus Cbristi ad quæstionem Phariseorum: cum enim objicerent: Cur riguit mandatum Moyses dare libellum repudii & dimittere? Aut illis: Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras: ab initio autem non fuit sic. Et Glossa interlin. super illud: Permisit Moyses, ait Deus. Et dicit Glossa quod fuit consilium hominis, non Dei imperium. Et Mag. 2. ad 1. jus dist. Hoc fuit à Moyse permissum, ut ut concederetur divorcium, sed non datur homicidium.

Et Aug. in lib. 1. de Sermone in monte cap. 25. Non qui præcepit dare libellum repudii, hoc præcepit, ut tantum permissum: sed qui dimiserit, inquit, dicitur libellum repudii: ut iracundiam materiam projicientis uxorem, libelli cogitatio temperaret.

Quod intelligi potest eo modo, quo Ambrosius præcepit Theodosio. Namque propter quantum crudelitatem, ex precepto ejus impetuosa pertraham, voluit Ambrosius, ut ipse legem morderet, ne quis minister præcepta ejus crudeliter iriginta dies exegeretur, si forte infra illud, ira ejus quiesceret, & sententiâ temperaret.

Et subdit Aug. ubi prius: Qui ergo dimittendi moram quæsit, significavit quantum potuit duris hominibus, se nolle dimittere.

B O N U M  
SACRAMENTUM  
MATRIMONII  
PARS  
LIBELLUM  
REPUDIUM

diffidium. Præterea extra de Divorciis, repudium uxoris Veritas in Evangelio reprobavit. Hucufque Doctör Subtilis.

65. *Ambrsio*, c. 16. Lucae. Sed fortasse dicit aliquis: Quomoddö Moyfes mandavit dare libellum repudii & dimittere uxorem? Qui hoc dicit, Judeum est, qui hoc dicit, Christianus non est. Et idö qui hoc objicit, quod objectum est Domino, respondeat ei Dominus: Ad duritiam, inquit, cordis vestri permisit vobis Moyfes &c. Moyfes permisit, inquit, non Deus jussit.

Item testimonium D. Chrysolomi Homil. 17. in Matth. ad illa verba: Qui enim dimiserit &c. Ille enim est alteram non duxerit, hoc ipso se constituit criminis reum, quod adulteram fecerit ex conjuge; hic vero accipiendö alienam, adulter effectus est, nequaquam enim mihi referes: quia illam alter eiecit: nam expulsä etiam uxor, est ejus, qui expulsi.

66. *Ref. ad 1. probatorem*. Sed quid ad hæc Scotus? Ad 1. probationem responderet: Potest dici, quod Christus promulgavit illud (putä, repudium esse illicitum) pro tempore legis suæ, scilicet Evangelicæ; ita quod sicut ipse reduxit Matrimonium eo modo, quo institutum fuit in lege naturæ, ut scilicet esset unus cum una, cum tamen in lege Moisaica esset licita bigamia: ita etiam reduxit Matrimonium simpliciter perfectum, id est, indissolubile, pro lege sua, sicut institutum fuerat in lege naturæ; & ita irritat pro lege sua contractum illum, qui licuit pro lege Moisaica; qui erat, accommodatio corporum ad tempus ad procreationem prolis, quousque scilicet mulier esset gratiofa in oculis viri; sicut & multas alias imperfectiones, licitäs sub Moyse, evacuavit Christus, reducendo ea, quæ erant permansura ad perfectiones in lege sua. Ita Doct. Subt. n. 6.

67. *Ref. ad 2.* Ex qua responsione, ibidem infert responsionem ad 2. probationem, dicens: Ad probationem ergo Christi patet; quod loquitur pro lege naturæ, & in hoc sufficienter refellit Pharisæos, quod ipsi non observabant Matrimonium, sicut erat in lege naturæ; & ostendebat se rationabiliter statuere inseparabilitatem pro lege sua, quia hoc consonum est primæ institutioni in lege naturæ.

67. *Ref. ad 3.* Porro ad 3. probationem de responsione Christi ad Pharisæos: Ad duritiam cordis vestri permisit. Quod multi (inquit Scotus) ponderant, quod fuerit tantum permissio, non concessio. Ad hoc, inquam, dicit: Quod Christus per verbum: Permisit, intelligit, quod Moyfes hoc non præcepit, nec consuluit, nec approbavit; sed tamquam ex quadam necessitate licitum non prohibuit. Nec hæc est solum permissio seu dissimulatio cujusdam illiciti; hoc enim mihi aliud est dicere, quam quod Moyfes permitteret ire ad damnationem, & non nuntiaret eis, quod ista esset via damnationis, immo

magis insinuaret eis oppositum; quod nullus juste Legislator potest facere, etiam in legibus humanis, quæ multa mala dimittunt inulta, secundum August. 1. de Libero arbit. Est enim Legislator non puniat omne malum, & ita permittit, quia non punit; tamen nullo modo in lege sua illud concedit. Unde injusta esset lex humana, vel ejus lator, qui vel quæ scriberet aliquid; quod esset contra illam legem. Ita Scotus, sup. n. 7.

Igitur ly, Permisit, idem est, quod, concessit; hac quippe ratione dici solet: Permisit tibi usum mei libri. Item dicimus: Die Veneris aut Sabbathi interdicitur usus carnis, cæteris vero diebus permittitur. Ubi permissio (inquit Dicaftillo hic disp. 2. n. 518) non excludit concessionem; atque in universum, quoties aliquid lege prohibitum erat; & postea definit esse prohibitum, dicimus, quod prius non erat permissum; ubi nomen permissionis pro ipsa concessionem usurpamus. Sic ergo Moyfes, nomine Dei, supremä potestate permittit, quod prius non permittebatur; hoc est, concessit, quod non concedebatur. Hæc ille.

Quod autem (prosequitur Scotus sup.) additur ibi: Ad duritiam cordis vestri, non concludit hoc esse illicitum; quia frequenter duritia subditorum est causa, ut aliquid relaxetur illis, quod aliis esse eis utile non relaxari, si essent tractabiles: sicut Prelatus, videns collegam pronum ad aliquid, cuius oppositum esset honestius & utilius servare, etsi posset illud oppositum statueri utiliter, si subditi essent facilliter inclinabiles; potest tamen non statueri, vel si statutum est, relaxare verè potest, & hoc juste, ne stante illo, ipsi multiplicius peccent. Igitur duritia cordis Judæorum occasio fuit seu causa occasionalis, quare Deus relaxaverit legem suam de indissolubilitate Matrimonii.

Sequitur responsio Scoti ad Glossas. Prima (inquit n. 8) videtur neganda; quia Moyfes ut Legislator, non erat nisi præco Dei. Sed qui vult exponere illam potest dicere; Non Deus, scilicet immediate præcipiendo Moyfi inter alia præcepta: undè numquam in quatuor primis libris Legis invenitur, Deum hoc præcepisse Moyfi, nec alii. Idö illud magis præcisè Moyfi est imputandum, sicut omnia, quæ sunt in Deuteronomio, & non alibi; quam illa, quæ alibi locutus est Deus, ad Moysem.

Et est hæc ratio congrua; quia relaxationes, pertinentes ad industriam humanam, Deus non ita voluit ponere in Scriptura; tamquam a se prolatas; sed sicut à servis suis. Undè & sublevationem laboris Moyfi, qui totä die sedebat ad iudicandum populum, Deus non per se immediate expressit, sed Febro cognatus Moyfi, tamquam ad humanam industriam pertinens, expressit. Hæc Scotus ad 1. Glossam.

V v v v v Sed

68. Quid significet Matth. 19. ly. Permisit. Dicaftillo,

Duritia subditorum se causat legis relaxationem.

69. Magis Moyfi tribuuntur contenta in Deuter. quam in aliis quatuor libris.

70. Deus non praecepit dimittere uxorem.

Resp. Scoti ad auctoritatem D. Aug.

Quare dimittens uxorem faciebat male.

71. Resp. ad auctoritatem D. Ambrosii.

& D. Chrysof.

72. Rationes D. Bonav. pro sua sententia. Prima.

Secunda.

73. Resp. ad 1.

Sed quid ad secundam? Attendite. Nihil, inquit, dicit contra opinionem istam: verum est enim, quod non fuit Dei praeceptum dimittere; sed si dimiteret, quod daret libellum repudii; sed fuit consilium hominis, non sicut hominis, sed sicut praeconis legis Divinae.

Pergit Scotus & respondet ad auctoritatem D. Aug. dicens: Ad illud Aug. concedo, quod ex mora illa, quam injunxit scribendo libellum, insinuavit, quod absolute displicebat sibi dimissio illa. Non solum ergo tunc faciebat melius, qui non dimittebat, quam qui dimittebat, sed qui dimittebat faciebat male, sed non ita male, quod peccaret mortaliter contra Matrimonium, sicut fecisset, si non fuisset licentiatum per Legem.

Rogas: quare ergo faciebat male? Respondeo; quia in dimittendo uxorem ordinari admiscebatur quidam finister affectus.

Restat responsio Scoti ad illud de Divortii. Patet, inquit, in primo. Verum est enim, quod Christus reprobat pro tempore legis suae. Ecce quam exacte solvat Doctor Subt. argumenta, a se adducta pro opposito nostrae Conclus.

Quantum ad auctoritatem Ambrosii, patet solutio ex responsione Scoti ad primam Glossam; videlicet, Deum non jussisse, immediate praecipiendo Moyfi inter alia praecpta. Vel dic; intelligendum esse de Deo, quatenus primò instituit Matrimonium, non verò quatenus Moyfi postea dedit auctoritatem condendi legem repudii.

Ad D. Chrysofotomum dico: ipsum loqui pro statu legis naturae, sicut & ipse Christus loquebatur, juxta Scotum sup. in responsione ad secundam probationem. Vel loquitur de Judaeis ante dispensationem, aut certe de Christianis in lege Evangelica.

His ita expeditis, accedamus ad rationes D. Bonaventurae, propter quas tenet repudium nunquam fuisse licitum, si forte & ipsis possit satisfieri. Prima: Nihil est licitum, quod est contra Divinam institutionem; sed divorcium est contra Divinam institutionem, quia Deus conjunxit masculum & feminam, ergo &c. Secunda: Nihil est licitum, quod est contra jus naturae: sed naturae jus dicitur, ut non faciat alii, quod sibi non vult fieri: ergo cum vir nollet repudiari ab uxore, non debet repudiare eam.

Responsio ad primam, patet ex dictis: scilicet, sicut Deus instituit indissolubilitatem Matrimonii, ita eum in eadem dispensare posse; supposita autem dispensatione, patet, divorcium non esse contra institutionem Divinam, pro nunc obligantem; & ideo divorcium non esse illicitum. Sicuti in lege nova non est illicitum divorcium, sive illicita dissolutio Matrimonii rati per profes-

sionem in Religione approbata; quia pro casu Deus dispensavit in sua institutione seu lege.

Et quoniam, ut nos putamus, Deus dispensavit seu concessit, ut vir possit repudiare mulierem; non autem, ut mulier possit repudiare virum; ideo vir potest repudiare uxorem, tamen si ipse nolit repudiari ab uxore, salvo jure naturae, quod solum dicitur ceteris paribus; hic autem cetera non sunt paria, quia non est par dispensatio.

Quæris: quare potius Deus dispensavit cum viro, quam cum muliere? Respondeo: Scotus sup. n. 9. Quia non est similitudo dispensandi: non enim tantum mulier, sed mulier odiret virum, sicut & converso, quia ipsa non sexus cohibet à vindicta exteriori, magis quam virum. Et ecce solutio secundae rationis objectionis Doct. Seraphi.

Tertia objectio hæc dicitur: Nihil licitum, in quo est peccatum: sed in divorcio peccatum, quia dicit Chrysofotomus ( seu habet operam imperfectam apud Chrysofotom. lib. 12. in Matth. ) quod, qui secundam legem loquitur, quatuor committit iniquitates: quia quod dicitur est homicida &c.

Respondeo: in divorcio non est peccatum, quando sit legitima auctoritas, & absque perverbo aliquo affectu interno, prout in casu nostro supponimus fieri. Alioquin, si dimittens uxorem haberet intentionem occidendi eam, nisi posset dimittere, indubie peccaret peccato interno homicidii, & similiter si haberet affectum dimittendi, etiam secus dispensatione Divina, nemo ambigit, quin peccaret peccato interno contra Matrimonium seu ejus indissolubilitatem, & aliis peccatis, quæ loco citato Auctor operis imperfecti enumerat.

Quartò obijcit: Major est amor pro uxoris, quam patris & filii, quia dicitur Gen. 2. Relinquet homo patrem & matrem, sed nulli licet repudiare patrem, &c.

Respondeo negando Consequens: quia de repudiatione uxoris extra concubina Dei per Moysen; sed de repudiatione patris. Sanè ex hoc argumento sequeretur, quod vir non posset relinquere uxorem propter fornicationem, quod constat esse falsum.

Ultimò obijcit Doct. Seraph. Actum in nomine Domini Matth. 19. non licet uxorem dimittere, excepta causa fornicationis: sed propter illam non erat licitum divorcium, immò non licet lapidabatur: nec alia causa fuit: ergo nonquam fuit licitum.

Hoc argumentum deficit Primò quod majus est divorcium seu dissolutio vinculi matrimonialis, quam lapidatio seu mors adulteræ? Ergo si tunc propter fornicationem licita erat lapidatio, etiam licitum erat divor-

BIBLIOTHECA SACRATA PARS V

vortium, seu dissolutio vinculi matrimonialis per mortem. Deinde: fuit alia causa, scilicet evitatio uxoricidii, quod illo tempore propter duritiam hominum frequens fuisset: porrò Christus ibi loquitur de tempore legis suæ seu legis Evangelicæ, in qua ipse Matrimonium restituit pristinæ indissolubilitati.

Non gravetur Lector, si adhuc unam propofuero difficultatem, quam invenio apud Scotum sup. n. 2. *Contractus Matrimonii est essentialiter datio potestatis proprii corporis alteri irrevocabiliter, pro potestate corporis illius alterius: ergo nulla accommodatio vel datio ad tempus potest esse Matrimonium; sed si repudium licet, talis contractus non est nisi ad tempus; quia si perpetuò fuisset, ergo repudiata maneret uxor, & tunc illicitè dimitteretur. Sequitur ergo, quòd si repudium fuit licitum in lege Mofaica, quòd ibi nullum fuit Matrimonium.*

Huic objectioni duplicem adhibet solutionem Scotus sup. n. 9. *Concedo, inquit, quòd Matrimonium simpliciter est obligatio perpetua: sed Matrimonium secundum quid potest esse obligatio ad aliquod tempus, licet non perpetua. Et sic concedo, quòd in lege Mofaica, non fuit aliquod Matrimonium simpliciter, nisi aliqui fortè ultra perfectionem Legis voluissent se obligare perpetuò, quod non oportebat, inquantum contrabebant conjugium in illa lege. Ecce prima solutio. Sequitur secunda.*

*Vel posset dici; quòd si tunc fuit Matrimonium simpliciter, & ita obligatio indissolubilis: verum est, nisi Legislator revocaret vel dispenseret: dispensavit autem, quando mulier nimis displicebat viro, ut timeretur uxoricidium: sicut dictum est sup. de Matrimonio ratio non consummato, quòd dissolvitur per Religionis ingressum; & tamen fuit simpliciter Matrimonium, non tantum accommodatio ad tempus; sed Legislator dispensat in tali casu propter majus bonum consequendum; in hoc autem propter majus malum evitandum.*

Rogas; quomodò ergo verè dixerit sanctus Aug. lib. de Bono conjugali c. 18. *Sicut duobus pluribusve servare, sic à viro vivo in alterius transire connubium, nec tunc licuit, nec nunc licet, nec unquam licebit.*

Respondet: loquitur de non repudiata, quæ adhuc viri sui uxor est; hæc enim propriè à viro suo transit in alterius connubium; repudiata verò priorem virum habere desinit, antequam cum altero contrahat. Patet hic intellectus ex prioribus verbis: *Sicut duobus pluribusque servare, scilicet simul. Alioquin non solum in veteri lege licuit, sed & nunc licet à viro vivo (si ita velimus loqui) transire in alterius connubium, quando videlicet prior vir an-*

te consummationem ingreditur Religionem. Sed quid, si aliquis Judæus, secundum ritum suum, legitimam repudiasset uxorem, nonnè conversus ad fidem Christi, poterit eam vivente aliam ducere? Quidni poterit juxta nostram Conclusionem, cum prius Matrimonium fuerit licitè & validè dissolutum?

Et tamen oppositum docet Innocent. 3. cap. *Gaudemus*, 8. de Divortii, ibi: *Qui autem secundum ritum suum legitimam repudiavit uxorem, cum tale repudium Veritas in Evangelio reprobaverit, nunquam eam vivente licitè poterit aliam, etiam ad fidem Christi conversus, habere: nisi post conversionem ipsius, illa veniat cohabitare cum ipso: aut etiam si consentiat, non tamen absque contumelia Creatoris, vel ut eum pertrahat ad peccatum mortale, &c.*

Respondet: loquitur Innoc. pro tempore legis Evangelicæ, in quo nec licitè, nec validè, per repudium Matrimonium dissolvitur. Patet ex his Pontificis verbis: *Cum tale repudium Veritas in Evangelio reprobaverit. Quid ergo mirum, si eam vivente non possit licitè aliam habere? Quòd si repudiasset ante legem Evangelicam, five antequam Christus reprobaverat repudium, potuisset eam vivente aliam licitè habere, juxta nostram Conclusionem; quia jam prius Matrimonium erat validè & licitè dissolutum, nec per conversionem ejus ad fidem de novo contrahabatur. Sed de illo casu non loquitur Innoc. ut manifestum est.*

Quæ cum ita sint, nemo sanæ mentis dicere potest, Conclusionem nostram non esse probabilem; sed Omnes oportet fateantur, eam esse probabilissimam; quamvis etiam opposita non careat, ut supra dixi, suâ probabilitate; & existimat Scotus, faciliter responderi posse ad nostra argumenta. *Qui vult, inquit, tenere primam opinionem (puta repudium nunquam fuisse licitum) ad argumenta in oppositum potest faciliter respondere. Ad illas auctoritates Deuter & Malachie potest dici; quòd sunt permissiones minoris mali, sed tamen peccati mortalis, ne scilicet gravius peccatum mortale eveniat.*

Rogas: quod sit illud gravius peccatum mortale? Non est solum uxoricidium, quod, ut supra insinuavi, posset facile superari in malitia à tanta multitudine adulteriorum, quæ nata erant sequi ex illo repudio; sed, ut audi vimus supra ex Scoto, uxoricidium & mala, quæ inde nata erant sequi, quia uxoricidium est occasio continuæ discordiæ & pugnæ, propter iram parentum uxoris ad interfectorem, & in hoc continua familiæ dissipatio; quia viro interfecto, ab adversariis, vel à lege, destrueretur familia ejus, & educatio prolis.

80.  
Objection ex c. 8. de divort.

Solvitur.

81.

Resp. ad c. arg. nostra Concluf. ex Scoto.



82. Resp. ad 2. arg. ex eod.

Ad secundum argumentum (puta Reg. juris: Per quas causas aliquid nascitur per easdem dissolvitur) respondet Doctor: Illa Regula precise vera est de dissolubilibus, cuiusmodi non est illa obligatio. Posset etiam dici; quod obligatio ista innascitur ex voluntatibus contrahentium, & nunquam ex causa instrumentali; principaliter autem ex ordinatione Divina, & illa Regula debet intelligi tantum de causis instrumentalibus. Unde ex causa principali concludit Christus Matth. 19. inseparabilitatem, dicens: Quos Deus conjunxit, homo non separet. Ita Scotus.

83. Responsiones D. Bonav. ad nostra arg. ad 1.

Juvabit etiam audire Doct. Seraphicum, si forte alicui magis placeat ejus sententia. Ad illud, inquit, quod objicitur, quod Moyses mandat, dicendum; quod Moyses aliquid prohibuit in repudio, aliquid mandavit, aliquid permisit. Prohibuit uxorem dimittere sine causa. Permisit uxorem dimittere ex causa seditionis, & precepit libellum dari. Et in datione libelli non erat peccatum, sed in dimissione.

Ad secundum.

Ad illud, quod objicitur de causa rationabili (nimirum, licitum esse, quod fit ex causa rationabili) dicendum; quod vir & uxor individualiter conjunguntur a Deo, ideo nulla potest esse causa separationis quoad vinculum: sed quoad debitum potest esse causa defectus fidei, quia unus non servat alteri fidem; & quia ista tunc non fuit causa, ideo nulla fuit rationabilis causa.

Ad tertium.

Ultimum verò (scilicet quod in lege nova licitum est separari ab uxore ex causa fornicationis) patet, ut patebit infra: quia fornicatio potest esse ratio, quare uxor non possit viro debitum reddere, ut in quo peccat quis, in hoc & torqueatur, & illa ratio tunc non fuit, nec alia potest esse: & ideo &c. Hactenus D. Bonav. Qui, ut supra vidimus, licet admittat repudium fuisse permissum, negat tamen fuisse licitum.

84. An debuerit permitti repudium? Rationes pro parte negativa, ex eod.

Si autem quaeritur, an debuerit permitti. Videtur quod non: Quia (inquit idem S. Doct. sup. q. 2.) qui non prohibet malum cum possit, habetur pro consentiente: sed Legislator potuit prohibere, & non prohibuit repudium; ergo consensit: sed consentiens malo peccat; ergo &c. Item non sunt facienda mala, ut veniant bona: ergo nec permitienda mala, ne veniant majora mala: ergo nec debuit repudium permitti, propter vitandum homicidium. Item vir & uxor pares sunt quantum ad legem thori: sed sicut vir potest occidere uxorem, ita uxor odians virum potest machinari in mortem ejus: ergo idem periculum, & idem jus est ex utraque parte: sed non permittebatur in lege, ut uxor repudiaret virum, ergo &c. Item tempore legis naturae non legitur fuisse permissum repudium; tempore gratiae similiter legitur fuisse prohibitum: quare ergo tempore legis scriptae fuit permissum? Si dicas sic: Dominus

dedit ad duritiam cordis eorum. Contra, quia duri erant, ideo ad duritiam confingendum non posuit onera gravia; ergo si grave est habere cum uxore exosa, congruebat ergo non permissum repudium. Ita argumentatur Doctor Seraphicus pro sententia negativa.

At verò pro affirmativa haec producuntur argumenta: In lege non debuit prohiberi aliquid, quod non debuit puniri; nec puniri debuit aliquid, quod deberent effici meliores, saltem in opere, si vis non in charitate. Sed si repudium non puniretur, homines illi, qui promiserunt ad homicidium, laborarent in pejus, ergo &c. Item mala Sacramenta ita perfecte fuerunt in veteri Testamento, sicut in novo: ergo nec Sacramentum conjugii: ergo si perfectio in Sacramento conjugii consistit in indivisibilitate, non ergo debuit perfectio in Lege veteri imperari. Item, si tanta esset utilitas virum & uxorem, quod non nisi perire possent; cum fornicatio tunc non puniretur, omnes efficerentur fornicarii: & si dicerent uxores: ergo si praecipuum jus tunc semen legitimum multiplicari, ipsas non debuit prohiberi.

Sed nunquid haec argumenta convincunt? Audite resolutionem S. Bonav. Repudium dicendum; quod permissio est quadruplex. Uno modo, per privationem praecipuum, & sic Apostolus permittit minus bonum, quia non praecipuum majus bonum; sicut virginitatem habere etiam permittit. Secundo modo, per privationem prohibitionis; & sic venientia dicitur permissio, quia non sunt prohibita. Tertio modo, per privationem punitionis; & sic repudium uxoria est permissio. Quarto modo, per privationem prohibitionis; & sic omnia mala dicuntur a Deo permitti, quia non prohibet. Prima permissio est propter boni aequalitatem. Secunda propter nostram infirmitatem. Tertia propter vitanda majora mala. Quarta propter vitanda majora bona. Hoc supposito, concludit:

Permisit ergo Moyses; qui non potuit prohibere hoc malum, quin triplex alium non habere sequeretur. Primum quidem, defectum caritatis, quia non vellent uxores ducere. Secundum, multiplicationem fornicationis. Tertium, homicidium.

Quid ergo dicendum ad argumentum oppositae sententiae? Ex hoc, inquit, patet duo prima; quia Moyses non permittit, nisi per se, propter scilicet majus malum vitandum, unde fuit ibi potius periculum, quam agere; sed non facit malum, ut veniat bonum, peccatum vitando; ideo non est simile, quod secundo dicebatur.

Ad illud, quod objicitur; quare non permittitur mulieri? Dicendum: quod tempore legis non judicabantur ad paria vir cum muliere, tum ratione conditionis, quia vir est praecipuum

Bibliotheca Sacra  
Paderborn

mulieris; tum ratione peccationis, quia mulier est initium peccati; ideo dictum est ei Gen. 3. Sub viri potestate eris.

Ad illud, quod quaeritur, quare potius tempore illius legis fuit permittum, dicendum, quod ad hoc triplex fuit ratio. Una, quia non fuit eis omnino revelandum Matrimonii mysterium, quia erat tempus umbræ. Secunda, quia ipsi erant imperfecti: unde tantum onus noluerunt recipere. Tertia, quia duri, & hoc onus noluerunt portare, & occulte possent abjicere, & ideo non fuit imponendum.

Ad illud, quod objicitur de confractione duritiæ; dicendum, quod frangenda erat per penam, quæ non esset occasio majoris mali; qualis fuisset obligatio ad talem inseparabilitatem, & ideo sic non debuit frangi. Hucusque Doct. Seraphicus, satis clarè ostendens, licitam fuisse permissionem repudii, est non fuisse licitum, etiam pro isto tempore, ipsum repudium.

Plus autem dicit nostra Conclusio; nimirum, etiam ipsum repudium fuisse licitum; nec hoc tantum, sed & ipsum Matrimonium fuisse auctoritate Dei dissolutum; non quidem pro toto mundo, sed tantum pro populo Dei, sive pro Judæis, quos elegerat de cunctis Gentibus, ut essent ei in populum peculiarem.

Ita docet Sanchez lib. 10. disp. 1. n. 8. ibi: Dicendum est, nullo modo fuisse licitum, nec potuisse dissolvere Matrimonium Gentilium. Quod constat: quia repudium juri naturæ adversatur, juxta quod Matrimonium est indissolubile, licet non omnino, qualiter est indissolubile in lege Evangelica. Quare citra dispensationem Dei dirimi non poterat per repudium; hanc autem Gentilibus concessam esse, nullibi legitur. Hæc ille. Citans Sotum 4. dist. 33. q. 2. a. 2. conclus. 1.

Oppositum docent Abul. c. 19. Matth. q. 76. ad ultimum; & Veracruz 2. p. Spec. ar. 13. per totum, quos sequitur Pontius lib. 7. c. 50. n. 2. Sed ubi Deus dispensaverit, non meminit Basil. Hæc sunt ejus verba: eam autem concessionem (repudii) ad Gentes etiam eo tempore extendi verosimile est, ab illisquæ repudia citra culpam recepta usu & consuetudine. Apud Romanos Lex quidem Romuli feminis dimittendi viros negavit, viris autem dimittendi uxores tribus de causis licentiam concessit; si in liberorum beneficio, aut in adulterio foret deprehensa, aut claves subjecisset, ut auctor est Plutarchus in vita Romuli. Quod si aliter quis repudiasset, ejus opum uxori portionem dari, reliquum autem Cereri jussit esse sacrum; & qui diverteret, sacra Diis inferis obire. Lege postea duodecim Tabularum divortia fuisse permissa, indicat

Tullius Philippica 2. contra Antonium scribens: Nolite quaerere, frugi factus est Antonius: mimam illam suam suas res sibi habere jussit ex duodecim Tabulis; claves exegit, ademit. Hæc ille.

Verum parum probant intentum; cum Romani & alii Gentiles plura constituerint, & legibus mandaverint, quæ illicita erant. Immo inter Romanos non fuit repudium in usu usque ad annum 525. Urbis. Sed neque consuetudo, ut Omnes fatentur, abrogare potest jus Divinum aut naturalem; quo tamen jure Matrimonium est indissolubile. Igitur aliquid præter consuetudinem necessarium fuit, ut repudia citra culpam forent consuetudine recepta. Illud autem nil aliud potuit esse, quam dispensatio Divina.

Planè, inquit; & si quaeras, ubi hæc dispensatio? Responderetur Gen. 21. ubi Abraham repudiavit Agar, v. 14. Surrexit itaque Abraham mane, & tollens panem, & utrem aquæ, imposuit scapulae ejus, & tradiditque puerum, & dimisit eam, idque pro perpetuo; non enim legitur unquam reversam fuisse; neque probabile est, fuisse coactam illam, deinceps colere celibatum, inquit Bellar. supra. Et Pontius sup. n. 1. ait, non esse id verosimile. Igitur vinculum fuit dissolutum. Ideoque Mercerus de Sacramentis q. 49. dub. 1. q. 3. existimat, ab illo tempore licitum fuisse Gentilibus divortium. Idque, inquit ille, satis fuisse frequens, colligitur ex historia Esther, in qua narratur, Assuerus repudiassè Valthi.

Prorsus narratur; sed ubi narratur vel Valthi, vel Agar accepisse alium virum? Et quomodo benè sequitur: Assuerus repudiavit Valthi; ergo divortium apud Gentiles fuit satis frequens? Plura debuisset hic Auctor exempla proferre, ut probaret frequentiam.

Præterea; si ab eo tempore fuit licitum divortium; cur Christus dicit Matth. 19. Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras? Nonne ipsi: Deus immediate concessit Abraham divortium; non propter duritiam cordis sui (nec enim habebat eam exosam) sed ob aliam causam? Cumq; vidisset Sara filium Agar Egyptiæ ludentem cum Isaac filio suo, dixit ad Abraham: Ejice ancillam hanc & filium ejus: non enim eris hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac. Durè accepit hoc Abraham, pro filio suo. Cui dixit Deus: Non tibi videatur asperum super puero & super ancilla tua, omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem ejus &c.

Si ergo ex illo tempore licitum fuit Gentilibus divortium ex concessione immediata Dei, quid erat Judæis opus permissione

V v v v v 3 Moy.

91. Rejicitur probatio Pontii.

92. Alia probatio ex Gen. 21. & historia Esther.

Mercerus.

Reprobatur 1.

93. Rejicitur 2.

Gen. 21.

88. Ad ultimum.

Ad quartum.

89. Repudium licitum sicut indicat.

Probat ex Sanchez.

Sotus.

90. Oppositum docent Abul. c. 19. Matth. q. 76. ad ultimum; & Veracruz 2. p. Spec. ar. 13. per totum, quos sequitur Pontius lib. 7. c. 50. n. 2. Sed ubi Deus dispensaverit, non meminit Basil. Hæc sunt ejus verba: eam autem concessionem (repudii) ad Gentes etiam eo tempore extendi verosimile est, ab illisquæ repudia citra culpam recepta usu & consuetudine. Apud Romanos Lex quidem Romuli feminis dimittendi viros negavit, viris autem dimittendi uxores tribus de causis licentiam concessit; si in liberorum beneficio, aut in adulterio foret deprehensa, aut claves subjecisset, ut auctor est Plutarchus in vita Romuli. Quod si aliter quis repudiasset, ejus opum uxori portionem dari, reliquum autem Cereri jussit esse sacrum; & qui diverteret, sacra Diis inferis obire. Lege postea duodecim Tabularum divortia fuisse permissa, indicat

Moyfi, ut uxorem exofam possent dimittere? An forte Deus revocaverat suam concessionem, factam Abrahæ, & in ipso omnibus Gentilibus? Ubi? Quando?

Denique: Deus præceperat Abrahæ, ut immolaret unicum filium suum Isaac, Gen. 22. v. 2. *Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis Isaac, & vade in terram visionis, atque ibi offeres eum in holocaustum super unum montium, quem monstravero tibi.* Et procul dubio licitè eum immolasset; quis tamen indè unquam intulit: ergo id etiam licitum fuisse Gentilibus? Ergo ex eo, quòd Abrahamo licitum fuerit, ex speciali præcepto Dei, ejicere ancillam, & filium ejus, non videtur rectè inferri; ergo hoc etiam licitum fuit Gentilibus.

*Quo fundamento dici possit, Gentilibus fuisse aliquando licitum repudium.*

Si ergo aliquando licitum fuit Gentilibus, certè non nisi ab illo tēpore, quo Judæi passim ex permissione seu concessione Moyfi, dimittebant uxores suas, quas habebat exofas, dato libello repudiit. Nec alio fundamento hoc illis tunc licuit, quàm benignæ voluntatis Divinæ, nolentis obligare eos, seu volentis cum eis dispensare, quos prævidebat, non observaturos illud præceptum, quod videbant quotidie à Judæis infringi.

*95. An adhuc sit licitum. Joan. Pontius.*

Quo etiam fundamento diximus alibi, polygamiam licitam fuisse Gentilibus. Imò Joan. Pontius in suo Cursu Theologico disp. 49. n. 22. putat, adhuc modò non esse eam ipsis prohibitam; quia, inquit, frustra Deus prohiberet ipsam infidelibus, qui quamdiu tales essent, non recognoscerent ipsius auctoritatem.

Ex quo videtur consequens; nulla præcepta Divina positiva obligare hodie infideles, adeòque adhuc divortium, etiam Matrimonii consummati, non solùm quoad thorum, sed etiam vinculum ipsum, infidelibus esse licitum; sed & aliis, qui quamdiu tales essent, non recognoscerent ipsius auctoritatem; quod an dici possit, relinquo aliorum judicio; ego saltem id affirmare non audeo, & expressè repugnat cap. *Gaudemus*, 8. de Divortii, ut supra vidimus.

*96. Hodie nemini licitum est repudium. Matth. 19. 1. Cor. 7.*

Quidquid ergo olim fuerit, dico, hodie nemini licitum est repudium, quo dissolvatur vinculum Matrimonii, *Cum* (ut loquitur d. cap. *Gaudemus*) *tale repudium Veritas in Evangelio reprobaverit.*

Rogas: ubi reprobaverit? Matth. 19. v. 9. *Dico autem vobis, quia quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mæchatur, & qui dimissam duxerit, mæchatur.* Item 1. Cor. 7. v. 10. & 11. *Iis autem, qui Matrimonio juncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, uxorem à viro non discedere, quòd si discesserit, manere innuptiam, aut viro suo reconciliari.* Sit itaque

**CONCLUSIO III.**

In Lege nova non solvitur Matrimonium fidelium consummatum, nisi per mortem.

Notum est (inquit Bellar. sup. cap. 10. circa principium) hoc tempore quod circa re ipsa Matrimonia dissolvere, & conjugibus alia Matrimonia inveniendi, potestatem facere in causa adulteri. Et Lutherani omnes, & Calvinistæ, & Anabaptistæ in eodem errore versantur. Hæc ille.

Et circa finem ejusdem cap. in fine. Eandem sententiam secutus est Bellar. qui in Annot. ad 7. cap. *primæ* Conclusionem, ad probationem licere conjugibus ut sine nuptias transire. Edidit autem Bellar. primum has Annotationes anno 1715. benivolentia scilicet, antequam Lutherani recederet: ex quo intelligimus, non tantum à Luthero, sed Lutherum ab Erasmo potius, hunc errorem hausisse.

Ex Catholicis duo sunt, qui eodem tenentur, Cajetanus in Comment. ad 19. Matth. timidè tamen & breviter rem attingens: & Ambros. Catharinus, qui lib. 5. Annot. in Comment. Cajetani in fine disputat quæstionem istam; ac tandem concludit, ex Evangelio & Apostolo non posse colligi, non licere in causa fornicationis aliud Matrimonium inire, id tamen vult Canonibus esse prohibitum, & idè non debere fieri, nisi ex Ecclesiæ auctoritate. Hæc tamen Bellarmin.

Accipe ipsissima verba Cajetani: *Tam iste (Matth. 19. v. 9.) clarè constituit, quod licet, facientem hæc duo, scilicet ducere uxorem non fornicariam, & ducere. Et in promptu ratio, motiva, quia durat conjugium cum primo. Quid autem sit in dimittente uxorem fornicariam, & aliam ducente, textus nihil dicit.*

At si urgens objeceris; verba hæc esse superflua, & propter exceptionem fornicationis, aliquid significare diverfium à aliis causis, fateor sic esse. Et si in his, aliquid diverfium nihil aliud esse, nisi quòd propter fornicationem dimittens uxorem, & aliam ducens, non mæchatur.

Respondeo; sic sonare textum, secundum planum litteræ textum; sed quoniam non audeo me opponere contra torrentem Doctorum, & judiciorum Ecclesiasticorum, idè dixi, textum nihil disponere de dimittente fornicariam.

Intelligo igitur ex hac Domini Jesu Christi lege, licitum esse Christiano dimittere uxorem ob fornicationem carnalem ipsius uxoris, & posse ducere aliam uxorem, salva semper Ecclesiae definitione, quae haecenus non apparet; nam Decretales Pontificiae de hac materia, non sunt definitivae fidei, sed judiciales facti. Profuturum autem ipsimet Pontifices (ut patet in c. Quanto, de Divortii, & in c. Licet, de Sponsa duorum) Romanos Pontifices aliquando in his judiciis Matrimoniorum errasse.

Nec ex his intelligas, uxorem quoque posse dimittere virum fornicantem: quoniam Jesus, qui est verus Deus, non hoc concessit, nec est par ratio, ut patet. Nec etiam in veteri lege uxor poterat repudiare virum. Nec ego sum primus, qui sic intellexi Evangelii textum, quoniam ante annos mille B. Ambrosius sic intelligens, idem docuit 1. ad Corint. 7. Hæc Cajet.

Subscribo quoque verba Ambr. Catharini, non quidem ex lib. 5. Annot. quem non potui videre, sed ex Comment. in priorem Epist. ad Corint. c. 7. v. His autem &c. ubi inter alia quaerit, quare Apostolus de viro non adjecerit: Quod si dimiserit uxorem, maneat viduus, aut abstineat ab aliis nuptiis, aut reconcilietur, sicut hoc de muliere dixit. Mirabile, inquit, istud est. Neque ad satisfactionem satis est dicere, data illa lege de uxore, contineri tacite eandem de viro legem, eo quod non ad imparia judicentur. Nam hoc (ut diximus) inconvenienter dicitur: quoniam inconveniens est, docere legem viri ex lege mulieris, etiam si non ad imparia judicarentur, sed contra potius: præsertim cum manifeste in lege antiqua ad imparia judicarentur. Etenim mulier strictiori lege tenebatur ipsi viro, quam mulieri vir. Ideo tanto magis erat hoc de iplo viro aperiendum.

Quamobrem B. Ambr. aliter hunc locum intellexit, viro concedens secundas nuptias, uxore adultera vivente, sed non mulieri. Hanc opinionem B. Aug. scripto reprehendit, cujus sententiam Canones Pontificii post sunt secuti. Pro ea verò B. Ambrosii sententia facit, quoniam Dominus de viro tantum locutus est, quando causam fornicationis excepit. Denique (ut tandem finiam) totus hic locus est admodum difficilis. Itaque libenter ego sententiam Ecclesiae absolutam intelligerem. Scripsi tamen de hac re alibi latius Hucusque Catharinus.

Audiamus etiam D. Ambr. cujus auctoritati hi duo Scriptores Catholici innuntiantur. Loco supra citato ad illa verba: Et virum uxorem non dimittere, sic ait: Subauditur autem: excepta fornicationis causa. Et ideo non subjecit dicens, sicut de muliere: Quod

si discesserit, manere sic: Quia viro licet ducere uxorem, si dimiserit uxorem peccantem, quia non ita lege constringitur vir, sicut mulier. Hæc ille.

Cæterum bene notat Bellar. sup. Cajetanum & Catharinum in hoc multum ab hæreticis distare, quod se Ecclesiae judicio disertis verbis subjiciunt. Et quia Ecclesia sententiam suam jam apertissime protulit, ut patet ex Can. 5. & 7. sess. 24. Trident. Concilii, ideo isti duo, à reliquorum omnium Theologorum Catholicorum communissima sententia, separandi minimè esse videntur. Quomodo intelligendus sit B. Ambr. infra patebit.

Prius proponamus doctrinam Catholicam, eamque expendamus & probemus. Concil. Florent. in Decreto Eug. § Triasunt bona Matrimonii, sic loquitur: Quamvis autem ex causa fornicationis liceat rursus separationem facere, non tamen aliud Matrimonium contrahere fas est, cum Matrimonii vinculum legitime contracti perpetuum sit.

Novissime autem Concil. Trident. sess. 24. Can. 5. Si quis dixerit, propter hæresim, aut molestam cohabitationem aut affectatam absentiam à conjugate, dissolvi posse Matrimonii vinculum; anathema sit. Et Can. 7. Si quis dixerit; Ecclesiam errare, cum docuit, & docet, juxta Evangelicam & Apostolicam doctrinam, propter adulterium alterius conjugum Matrimonii vinculum non posse dissolvi; & utrumque, vel etiam innocentem, qui causam adulterio non dedit, non posse, altero conjugate vivente, aliud Matrimonium contrahere, mœchamque, eum, qui dimissa adultera, aliam duxerit, & eam, quae, dimisso adultero, alii nupsit; anathema sit.

Ubi nota quod Concil. dicat: Juxta Evangelicam & Apostolicam doctrinam; non autem, juxta Canones Pontificios, ut supra Catharinus. Et si quaeras; ubi extet illa Evangelica & Apostolica doctrina? Respondeo citius, Matth. 5. & 19. Mar. 10. Luc. 16. & 1. Cor. 7.

Sed dicet aliquis: Matth. 5. & 19. excipitur causa fornicationis: Qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa facit eam mœcham, &c. Quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur &c. Ergo qui dimiserit uxorem suam ob fornicationem, non facit eam mœcham, & qui aliam duxerit, non mœchatur. Atque hoc est principale argumentum Adversariorum, quod Varii variè solvunt.

Notandum in primis, hanc exceptionem non reperiri apud Marc. & Lucam: Qui cumque dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit super eam. Et si uxor dimiserit virum suum, & alii nupsit, mœchatur. Omnis qui dimiserit uxorem suam

Cajet. & Cathar. subiciunt se judicio Ecclesiae.

102. Veritas Catholica probatur ex Flor.

Trident.

103. Obiectio ex Mat. 5. & 19.

Solvitur ex Mar. 10. & Luc. 16.

99. Intelligo...

Intelligo...

100. Subscribo...

101. Audiamus...

101. Audiamus...

suam, & alteram ducit, mœchatur, & qui dimissam à viro ducit, mœchatur.

Ubi, ut vides, nulla fit exceptio alicujus causæ; ergo generaliter, sicut sonant, hæc verba intelligenda sunt de omni dimissione, etiam ob fornicationem.

104.  
Contra solutionem arguitur.

Respondent Adversarii: loca illa debere exponi ex cap. 19. Math. Nam nisi in verbis Marci & Lucæ subintelligamus, exceptam fornicationis causam, pugnabunt Marcus & Lucas cum Matthæo: ista enim contradictoria sunt: *Omnis qui dimiserit & c. mœchatur*, & *Non omnis qui dimiserit & c. mœchatur*, hæc autem propositio colligitur ex Matth. quippè idem est dicere: *Omnis qui dimiserit, exceptam fornicationis causam, & c. Non omnis, qui dimiserit*. Hæc illi.

Est petitio principii.

Sed videntur petere principium; nam hoc est quod queritur, an idem sit dicere: *Omnis qui dimiserit exceptam fornicationis causam, & c. Non omnis qui dimiserit*. Hoc ergo probandum est non supponendum. Et verò non esse idem, apertissime docet D. Aug. lib. 1. de Adulter. conjugiiis à c. 8. usque ad 13. ubi longè & latè disputat de hac controversia, & resolvit cum Ecclesia Catholica; etiam eum mœchari, qui dimissam priori conjugio propter fornicationem, aliam ducit.

105.  
Sententia D. Aug.

Igitur cap. 8. sic scribit: *Illud quod Dominus... ait: Quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ex causa fornicationis, & aliam duxerit, mœchatur: Si hoc modo intelligendum est, ut quicumque causam fornicationis dimiserit, & aliam duxerit, non mœchetur, non videtur in hac causa par forma esse mariti & uxoris, quandoquidem mulier, etiam si causa fornicationis discesserit à viro, & alii nupsit, mœchatur, vir autem si eadem causam uxorem dimiserit, & aliam duxerit, non mœchatur. At si par forma est in utroque, uterque mœchatur, si se alteri junxerit, etiam cum se à fornicante disjunxerit.*

Debet hic esse par forma mariti & uxoris.

Rogas; undè probetur, quòd debeat esse par forma in utroque; nam hoc negant Cajet. & Catharinus sup. Respondet D. Aug. *Paremet verò esse formam in hac causa viri atque mulieris, ibi ostendit Apostolus, quod sæpè commemorandum est, ubi cum dixisset: Uxor non habet potestatem corporis sui, sed vir: adjecit atque ait: Similiter & vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier.*

106.  
Quare Christus apud Matth. interposuerit causam fornicationis.

Queris rursùm: Cur ergo interposuit Dominus causam fornicationis, & non potius generaliter ait: *Quicumque dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit, mœchatur*; si & ille mœchatus est, qui, dimissam fornicante muliere, alteram ducit?

Respondet D. Aug. sup. cap. 9. *Credo, quia illud, quod majus est, hoc Dominus commemorare voluit. Majus enim adulterium est se quis negat, uxore non fornicante dimissam, al-*

teram ducere, quam si fornicantem quis dimiserit, & tunc alteram duxerit? Non quia hoc adulterium non est, sed quia minus est, ubi fornicante dimissa, altera ducitur.

Et probat à simili, dicens: *Simili locutione usus etiam Apostolus Iacobus, ait: Scitum est igitur bonum facere, & non facienti, peccatum est illi, qui nescit bonum facere, & ideo non peccat. Utrique peccatum est, sed hoc gravior, & peccatum sciat, & non faciat. Nec illud ideo minus, quia minus. Ut ergo eodem modo utramque dicamus, sicut quicumque dimiserit uxorem, exceptam causam fornicationis, & aliam duxerit, mœchatur, ita quicumque sci bonum facere non facit, peccat. Sed quemadmodum dicitur dici non potest: ergo si nescit, non peccat, ita enim etiam peccata ignorantium, eorum non nocent, quam scientium: ita nec adulterium potest: ergo si causa fornicationis dimissa, & aliam duxerit, non mœchatur.*

Igitur S. Aug. ibi docet, Martine, et potius Dominum apud Mattheum, ait: *Non peccat illud: Nisi ob fornicationem, & ideo non peccat non exceptivè, ut sensus sit: Quicumque dimiserit uxorem, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. Ex quo affirmatur quidem adulterium ejus, qui uxore dimissa, alia duxerit, præter causam fornicationis, aliam duxerit, sed nihil dicitur de eo, qui duxerit aliam, priore dimissa ob fornicationem; Christus, inquam, in Evangelio B. Matthæi exprelit unam speciem adulterii, sententiaque gravissimam, alius prætermissis, quia id requirebat locus & tempus illius disputationis, habite cum Phariseis.*

Nam (inquit Bellar. sup. cap. 16.) Dominus in eo loco respondebat Phariseis, qui venerant parati, ut eum tentarent, & in sermone caperent, & quia jam audierant eum in monte quædam differuisse, libellum repudiij, à Moysè in legem sumum, & consequenter etiam conjugium; interrogaverunt eum, an liceret uxorem dimittere quacumque ex causa, ut mirum, eam interrogatione impellerent, ad pronuntiandum aliquid aperte contra legem, & exempla Patrum.

Quare Dominus, cum videret autem incapaces esse, respondit eis præcisè interrogata. Quæsierant illi, an liceret uxorem dimittere, nimirum quoad vinculum, quacumque ex causa: respondit Dominus non licere quacumque ex causa; idque præbavit, quia non licet dimittere non fornicariam, & aliam ducere, id quod non patet spicue verum erat, ut nullo modo negari posset.

Utrum autem liceat dimittere fornicariam quoad vinculum, & aliam ducere, D.

minus tunc apertè dicere noluit; quia hoc altius erat, quàm ut ab eis tunc capi posset. Quamquam ex iis, quæ Dominus dixerat de prima origine instituti Matrimonii, facillè poterat hoc etiam intelligi; sed ne daret illis Dominus anam calumniandi verba sua, voluit, ut ipsi per se hoc intelligerent; quemadmodum fecit in parabola vineæ, & aliàs sæpè: & nihilominus domi paulò post (ut Marcus scribit cap. 10.) apertè pronuntiavit, omnem, qui dimittit uxorem, & aliam ducit, mœchari. Vides igitur, quemadmodum verba Domini nihil supervacanei contineant, nec pugnent inter se verba diversorum Evangelistarum? Uque adhuc Bellarmin.

cus & Lucas, ut clareret plena sententia, totum dicere maluerunt? Cum itaque primum non habitantes, verum esse, quod apud Matth. legitur: Quicumque dimiserit uxorem suam præter causam fornicationis &c. quæserimus, utrum tantum iste mœchetur, ducendo alteram uxorem, qui præter causam fornicationis priorem dimiserit: an omnis, qui dimissâ uxore alteram duxerit, ut ibi sit etiam ille, qui fornicantem dimiserit: nonnè secundum Marcum respondebitur nobis, quid queritis, utrum ille sit mœchus, & ille non sit? Quicumque dimiserit uxorem suam & aliam duxerit adulterium committit &c.

Ac per hoc, quoniam fas non est, ut Evangelistas, quamvis diversis verbis de una re loquentes, ab uno sensu, eademque sententia dissentire dicamus; restat, ut Mattheum intelligamus à parte totum significare voluisse, eandem tamen tenuisse sententiam.

Non ergo dicit Aug. ambigendum de eo, quòd Matth. dicit; sed de eo, quod non dicit: Mattheus enim dicit mœchari eum, qui extra causam fornicationis, uxore dimissâ, aliam ducit; & hoc simpliciter verum est. Sed non dicit, an hic tantum sit mœchus, an etiam is, qui dimissâ uxore ob fornicationem, aliam ducit; id quod alii Evangelistæ dixerunt apertissime.

Ac proinde D. Aug. locum illum explicat non, sicut Hæretici volunt, miserè torquendo textum Evangelii, sed juxta sensum verborum in aliis locis Scripturæ usitatum.

Etiâ enim negari non possit, illam particulam: Nisi, sæpè accipi exceptivè, sed tamen negari etiam non potest, subindè aliter accipi. Nam Apoc 9. ubi legitur v. 4. Et præceptum est illis, ne læderent sanum terræ, neque omnem viridem, neque omnem arborem, nisi tantum homines, qui non habent signum Dei in frontibus suis. Illud: Nisi, non potest accipi exceptivè, sed adverbativè, ut idem sit quòd, Sed; nisi quis velit homines inter arbores connumerare.

Et cap. 21. ubi legitur v. 27. Non intrabit in eam aliquid coquinatum.... nisi qui scripti sunt in libro vite, similiter patet, non posse accipi exceptivè: nam sensus esset, aliquos coquinatos intraturos esse in regnum cælorum.

Deindè (inquit Bellar. sup. cap. 17.) etiam in testimonio Matthæi 19. vox: Nisi, accipiat exceptivè; tamen poterit esse exceptio negativa, & id sufficit sententiæ S. Aug. Cum enim dicitur: Quicumque dimiserit uxorem, exceptâ causâ fornicationis, & aliam duxerit, mœchatur, potest excipi causa fornicationis; vel quia, cum ea causa ad est, non est adulterium aliam ducere, & hæc est exceptio affirmativa (quam non admit-

X x x x x

112. Evangelista non dissentium in hac doctrina.

113. Particula Nisi, non semper accipitur exceptivè ex c. 9. & x. Apoc.

114. Potest exceptivè accipi apud Matth. Bellar.

109. Cent.

110. Respondetur ad D. Aug.

111. Mattheus à parte totum non dicitur significare.

tir D. Aug. ut vidimus) vel quia de ea causa nihil in præfenti determinatur, an sufficiat exulare adulterium, nec ne, & hæc est negativa, quam S. Aug. rectè amplexus est. Hæc ille.

115.  
*Alia explicatio verborum Christi apud Matth. ex Ioan. Pontio.*

Cæterum Alii aliter explicant hunc locum. Sensus verbalis commodissimus omnium, quos legi, aut auidi istius loci (inquit Joannes Pontius sup. num. 25. circa finem) est, quod quicumque dimiserit uxorem, nisi ob fornicationem, etiam à cohabitatione & thoro, mœchetur; quia culpabiliter dat occasionem uxori mœchandi cum aliis; & quod præterea mœchetur, aliam ducendo, & etiam quicumque duxerit dimissam. Ita ut in priori parte istius sententiæ subintelligatur, *Mœchetur*; & in secunda parte, in qua de ducente dimissam, non subintelligatur, *Nisi ob fornicationem*, sed sine restrictione ulla intelligatur.

*Obiectio.*

Poffet objici contra hoc; quod poffet quis dimittere uxorem ob alias causas, quàm ob adulterium: ergo quando dicitur, quod non poffit quis dimittere, nisi ob fornicationem, intelligi debet de alia dimissione, quàm à thoro, nempe à vinculo.

*Solutio.*

Respondeo negando Antecedens; loquendo de marito, quoad propriam auctoritatem suam, quàmvis poffet ipsam sic dimittere ob alias causas auctoritate Ecclesiæ. In illo autem loco significatur, quod ob solam fornicationem poffet dimittere propria auctoritate. Hactenus Pontius.

116.  
*Tertia explicatio.*

Alii respondent: Christum ibi locutum præcisè de propria causa separationis matrimonialis, quæ ex ipso Matrimonio per culpam violato, nascitur: non autem de causis communibus, quæ aliundè provenire poffunt, ut hæresi & similibus; neque soli matrimoniali, sed cuiusvis cohabitationi & societati dissolvendæ sufficiunt.

*Confirmatio.*

Confirmari poffet hæc explicatio ex verbis Christi Matth. 5. v. 32. *Ego autem dico vobis: Quia omnis, qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari*; quia scilicet sine iusta causa dat ei occasionem mœchandi; sin autem accedat fornicatio, jam est iusta causa eam dimittendi; proinde viro dimittenti, subsequens uxoris dimissæ adulterium nequit imputari.

Ex quo patet quare S. Aug. sup. dixit, majus adulterium esse, uxore non fornicante dimissâ ducere aliam, quàm si fornicata fuisset; quippe in primo casu non solum est adulterium; sed etiam iniusta dimissio à thoro seu cohabitatione; & insuper imputatur dimittenti adulterium uxoris, iniuste dimissæ, si contingat eam alterum maritum ducere; in posteriori autem casu est solum unicam adulterium, absque alia injuria prioris conjugis.

Alii dicunt, nec minus probabiliter, illud: *Nisi ob fornicationem*, non pertinere ad conjugium, & esse per parenthesis pronuntiandum, & aliquid subintelligendum hoc modo: *Quicumque dimiserit uxorem, quod non licet, nisi ob fornicationem & aliam duxerit, mœchetur*. Et certè non sine causa Dominus non adiecit illam exceptionem post illa verba: *Et aliam duxerit*, sed immo post illa: *Quicumque dimiserit*. Et scribitur tum Matth. 19. cum adjuvit: *Et qui dimissam duxerit mœchatur*, non addit: *Nisi ob fornicationem*; ut nimirum indicere causam fornicationis, solam dimissionem licitam facere; non autem non conjugii celebrationem. Hæc mihi (inquit Bellar. sup. c. 16.) videtur S. Thome sententia in 4. dist. 35. q. un. a. 5. ad primam, eandem obfcurè subindicat in Comment. hujus loci.

Quidquid sit de his expositionibus, que omnes probabiles sunt, sancta Mater Ecclesia, cujus est, juxta Trident. sess. 4. p. 1. c. 1. re de vero sensu & interpretatione scripturarum sanctarum, sic intelligit hæc verbum Evangelii, ut, eo non obstante, minime liceat dissolvere Matrimonium quod vinculum propter adulterium, quod culpabit Catholico sufficere debet, ut minime videat oppositum hodie docere, aut prædicare.

Unde quod ait D. Aug. lib. de Fide & Oper. cap. 19. *Es in istis divinis sententiis ita quod obscurum est, utrum & iste, cui quidem sine dubio adulteram licet dimittere, adulter tamen dimittere, si alteram duxerit, ut quoniam exoptimo, venialiter in quibus salutar, qui licet licet iudicat, eum non esse adulterum. Hoc inquam, intelligendum puto pro tempore D. Aug. quo Scripturas, hac in re obfcuræ Ecclesia nondum satis declaraverat, hodie apertissime declaravit in Cas. 1. sess. 24. can. 7. ac proinde qui in iudicio eum non esse adulterum, non tantum venialiter, sed proculdubio mortaliter fallitur, & mortaliter peccaret, qui alteram duxerit, quidquid fuerit olim tempore S. Ambrosii. Hier. &c. quando hæc res erat adhuc obscura.*

Sed nunquid fuit sententia dantis illud re licitum? Sic videtur colligi ex verbis sup. allegatis, si verè verba illius Auctoris antiquiorum non esse Ambrosium, quod eruditè non ignorant (inquit Bellar. sup. cap. 17.) neque aliquem ex celebratis Patribus proinde de ejus unius sententiam, non potest omnibus aliis præjudicare, præsertim cum ejus sententia, de impari jure conjugum, apertè ipsi vero Ambrosio ad verberetur, ut videtur lib. 1. de Abraham, c. 4. Hæc ille.

Glossa autem cap. Uxor, 17. 32. q. 7. quod desumptum est ex Ambrosio sup. allegato, in propositione casus sic ait: Hoc cap. abrogatum est, vel fuit a falsatoribus insertum. Alii dicunt, quod iste non fuit magnus Ambrosius. Vel potest intelligi, quod viro licet aliam uxorem ducere, adulter à praeuocua.

120. Alii respondent; loqui Auctorem istum de lege politica Caesarem, quod videlicet liceat viris, non autem feminis per leges Caesarem repudiata conjuge, aliam ducere: & idem Paulum, ne offenderet Caesarem, non voluisse expressè dicere: si vir dimiserit uxorem maneat sic, aut uxori reconcilietur. Hanc responsionem amplectitur Basil. Pontius lib. 7. c. 52. n. 2. In Ambrosii, inquit, defensionem, rectè, & ut ego iudico, feliciter insudavi Ferdin. de Mendoza, lib. 2. de de Confirman. Concil. Illiberit. cap. 30. nec enim illum sua laude fraudare volo. Redigam in compendium, quæ ille multis.

Placet quidem, Ambrosium, cum docet, uxorem non posse adulterum maritum dimittere, & alii nubere, posse tamen maritum; legis Juliae & Imperatorum, ac forensis Iudicii, suo tempore receptissimi, rationem habuisse, non Christi atque caelestis; cum enim de divina egit, semper docuit æquam viri & uxoris esse rationem, ut constat ex libro de Abraham cap. 4. & 7. & in Luc. cap. 16.

121. Itaque cum hoc loco dicit: Non enim permittitur mulieri ut nubat, si virum suum causa fornicationis dimiserit; quia inferior non omnino hac lege utitur, quæ potior, de permissione civili & lege loquitur, quæ potior habet causam viri, quam uxoris; ut & Aug. testatur lib. de Adulter. conjugii, cap. 8. & Chryso. in Sermone de Libello repudii. Cum autem ad finem de viro subdit: Quia viro licet ducere uxorem, si dimiserit uxorem peccantem; quia non ita lege constringitur vir, sicut mulier; verissimum est de civili lege, quam optimè noverat Ambrosius. jurisprudentiæ studiis ab incunte ætate deditus, & locis citatis illius etiam crebrè meminit. Nam lib. de Abrah. cap. 4. Nemo sibi blanditur de legibus hominum; & cap. 7. Quid putas peccato tuo auctoritatem lege querendam? & cap. 16. in Luc. ibi: Quia lex humana non prohibet. Haecenus Pontius.

122. Atque hinc (prosequitur n. 4.) explicanda etiam tria alia testimonia, Lactantii, Basilii, & Aug. quæ docent, maritum alteri nubentem, dimissâ uxore ob adulterium, non condemnari ut adulterum, è contra verò mulierem: ejus rei rationem nullam esse, diversitatem hanc consuetudine teneri. Loquuntur sanè, sicut & Ambrosius de legibus sæculi, suo tempore receptissimis, quæ aliter de feminis, aliter de viris disponebant. Hæc ille.

Tantum subdo verba S. Aug. ex lib. 1. de Nupt. & concup. cap. 10. Quod si quisquam fecerit (id est, uxorem sterilem dimiserit, ut fecundam ducat) non lege hujus sæculi, ubi, interveniente repudiatio, sine crimine conceditur, cum aliis alia copulare connubia; quod etiam sanctum Moysen Dominus propter duritiam cordis illorum Israelitis permisisse testatur; sed lege Evangelii reus est adulterii, sicut etiam illa, si alteri nupserit. Et usque adeo manent inter viventes semel inita jura nuptiarum, ut potius sint inter se conjuges, qui ab alterutro separati sunt, quam cum his, quibus aliis adhaerunt. Cum aliis quippe adulteri non essent, nisi ad alterutrum conjuges permanerent.

Ex quo etiam factum est, ut cum Patres Africani in Concilio Milevitano poenam constituisent canonicam adversus illos, qui dimissis primis uxoris cum aliis contrahunt, cap. 17. addiderunt, ut ab Imperatore legem postularent, quæ id etiam in foro civili non licere, poenâ propositâ sanciretur; ut illud secundum conjugium, durante primo, non tantum lege Christi adulterium esset ac censeretur; sed etiam lege sæculi.

Hæc sunt verba Concilii: Placuit, ut secundum Evangelicam & Apostolicam disciplinam, neque dimissus ab uxore, neque dimissa à marito, alteri conjungantur; sed ita maneat, aut sibi met reconcilietur. Quod si contempserint, ad penitentiam redigantur. In qua causa legem Imperialem petendam promulgari.

Præterea contra doctrinam Catholicam obijciuntur non pauci Canones, quibus aperte contineri videtur, ut, adulterâ dimissâ, liceat innocenti ad alia jura transire, præcisâ interim nocenti nubendi spe, ut cap. Si quis sponsam, cap. Quidam desponsavit, 27. q. 2. Sed hæc jura loquuntur de sponsa de futuro; adeoque non faciunt ad propositum.

Irem cap. 6. 31. q. 1. ubi sic legitur: Si qua mulier in mortem mariti sui cum aliis consiliata sit, & ipse vir aliquem illorum se defendendo occiderit; si probare potest ille vir, eam ream esse consilii, potest (ut nobis videtur) ipsam uxorem dimittere; & si voluerit, aliam ducere. Ipsa autem infideliatrix, penitentia subjecta, absque spe conjugii maneat.

Hoc jus ab Aliquibus adscribitur Concilio Elibertano; sed immeritò, ut benè ibi advertunt Censores Decreti Gregoriani. Notant etiam illa verba: Et, si voluerit, aliam ducere, abesse ab Ivone. In Decretalibus autem legitur: Potest ipse post mortem uxoris, si voluerit, aliam ducere, cap. 1. de Divortii, quod nemo unquam negavit.

Eodem modo intelligendum est cap. 19. 32. q. 7. sequentis tenoris; Quædam cum fratre viri sui dormivit, decretum est, ut ad-

Referuntur verba S. Aug.

123. Illa explicatio confirmatur ex Concilio Mileviti.

124. Prima obijctio ex jure Canonico.

Solvitur.

Secunda.

Solutio.

125.

Obijciuntur 3. ulte.

alteri nunquam conjugio copulentur; illi vero, cuius uxor stuprata est, licita conjugia non negentur.

**Diluitur.** Ubi Glossa in expositione casus dicitur, inquit, hic, quod si frater cognoverit uxorem fratris sui scienter, ipsi adulteri perpetuo continebunt; sed frater innocens, sua mortua, aliam accipere poterit. Et verb. Illi vero, sic ait: Omnia ista cap. usque ad §. Quamvis, exaudi per cap. Hi vero, quod est Glossa omnium, quæ omnia inducuntur ad probandum, quod incestuosi non possunt Matrimonium contrahere.

Subdo tenorem cap. 22. Hi vero, ead. Hi vero, qui uxores suas in adulterio deprehendunt, non licebit nec eum, nec eam aliam uxorem accipere, vel alium virum, quamdiu ambo vivunt. Si autem adultera mortua fuerit, vir ejus, si vult, nubat tantum in Domino; adultera vero nunquam, etiamsi mortuus fuerit vir ejus.

**126. Solvitur 4. obiectio.** Ex quo patet, quomodo intelligendum, quod ibid. cap. seq. dicitur ex Decreto Zachariæ: Concupisti cum sorore uxoris tuæ? Si fecisti, neutram habeas, et si illa, quæ uxor tua fuerit, conscientia sceleris non fuit, si se continere non vult, nubat in Domino, cui velis. Ubi Glossa verb. Nubat, inquit: Post mortem mariti.

**Quinta diluitur.** Eodem modo exponitur cap. subsequens: Si quis cum noverca sua dormierit, neuter ad conjugium potest pervenire: sed vir ejus potest, si vult, aliam accipere, si se continere non potest. Ubi Gloss. verb. Sed vir, ait: Post mortem uxoris.

**Pontius.** Merito ergo dixit Basil. Pontius sup. cap. 2. n. 9. Sententia, quæ dictis Canonibus continetur, reprehensione caret; illis enim nequaquam permittitur secundum conjugium durante primo; sed tantum decernitur, ut à tam gravibus delictis homines avocarentur, ut qui in culpa esset, à secundo Matrimonio prohiberetur; si forsan, defunctâ primâ, secundo nubere vellet; concessio tamen innocenti liberè, ut iterum nubere; non quidem primâ uxore superstite, sed illâ defunctâ.

**127. In quo sit dispar conditio nocentis & innocentis.** Ita que in eo dispar erat conditio nocentis & innocentis, quod innocens, defunctâ uxore, nubere alteri poterat; at nocens, etiam defunctâ conjuge, in nuptus manere debeat. Olim enim in Ecclesia frequentissimum id poenitentiae genus fuit, ut quidam propter aliqua atrocita delicta à spe conjugii interdicerentur; sed cælebs illi foret transigenda vita. Hæc ille.

Et patent ex innumeris Canonibus in Decreto Gratiani, quibus referendis supersedeo; quia res clara est, & ab omnibus acceptata. Hoc tantum noto; illos Canones amplius non esse in usu, ita ut etiam nocens, post mortem innocentis possit ad

alia jura transire, ubi non obstat aliquod aliud impedimentum.

Majorem difficultatem habet Can. 10. Concil. Arclatenfis 1. sub Sylvestro, qui sic sonat: De his, qui conjuges suas in adulterio deprehendunt, & idem sunt adulescentes filiales, & prohibentur nubere, placuit, ut in quantum potest, consilium eis detur, ne viventes uxoribus suis, licet adulteris, alias accipiant. Ecce consilium dari voluit, ne nubant, non ergo videtur esse prohibitum.

Verum (inquit Pontius sup. n. 12.) de his modis iste Canon explicari potest. Primum: consilium vocasse Patres, non quod præceptum esse nollent, sed quod in ratione corrigendis eâ tunc moderatione moderaretur, ut suadere potius honesta, vellet potentes, quam cogere, ut judices, videri vellet. Deindè; illa postrema verba: Ne aliam accipiant, non est quod cogat de matrimoniali copula intelligi, sed de accessu ad hanc, si dicant, consilio & exhortationibus cum illo agendum, ne vago concubitu cum alieno congregiatur. Hæc ille.

Obijcit etiam Can. Quod præcipitur, 32. q. 7. qui delumpus est ex Epist. Greg. 3. ad Bonifacium: Quod præcipitur (inquit Pontifex) si mulier infirmitate correpta, non valuerit debitum viri reddere, quid ejus faciat jugalis: donum est si sic permaneret, ut absentia vacaret; sed quia hoc magis nocens est, ille, qui se non potest continere, nubat magis; non tamen subditi opem subtrahat ab illa, quam infirmitas precepit, non detestabilis culpa excludit. Ubi Pontifex vel concedit polygamiam, vel declarat propter illam inhospitalitatem mulieris posse dissolvi Matrimonium.

Respondet Pontius sup. n. 13. Gratianus eo loco istud cap. Greg. non solum in Canonibus, sed etiam Apostolorum & Evangelicis doctrinis advertari dicitur etiam aliquis suspicari, eam Gregorius stolam, è qua desumitur iste Canon, à Titianiam; eo motus argumento, quod Laberias Pontifex, ejus successor, cum generalis Concilio Romano de Matrimonio inter consanguineos, & in Germania foret contracta infra quartum gradum, et quædam concessione Gregorii Prædecessoris, eam diligenter quaesitam in Archivio Romano, dicit inventam non esse. In eadem, quæ extat Epistola, è qua iste Canon desumptus est, illa concessio extat, quæ non reperiebatur. Hæc ille.

Sed ego diu quaesitam Epist. 4. è qua dicitur desumptus iste Canon, non potui apud Greg. Binium 10. 3. Conc. inter alias Epist. Greg. 3. reperire. Ut autem Pontifex in responsis disset, Gloss. ibi verb. Nubat, sic eum explicat: Vel intellige, quod loquitur de sponsa

B O N I F A C I U S  
S A C R A M E N T U M  
M A T R I M O N I I

& secundum hoc illud est consilium: Non tamen opem tubtrahat. Vel intellige de dote ei restituenda, ext. de Donat. inter virum & uxorem, cap. 1. & 2. Vel loquitur de arcta, & illud erit consilium: Non tamen opem &c. Sed contra hoc obicitur de Frigidis & maleficiat. Consultationi. Nam ibi dicit, quod non invenitur aliquis Canon de arcta. Sed certe bene invenitur, sed non expressè. Vel intellige de juvene, qui continere non potest, cui permittitur contrahere cum una permissiva comparatione, ne ad plures accedat. Simile inf. proxi. q. 2. Si quod. Vel dic, hoc abrogatum esse, ut dicit Hugo. Hæc Gloss.

Tertia expositio placet Bellarmino sup. cap. 17. dicens: Canonem istum intelligunt DD. de ægritudine, quæ reddat mulierem ineptam ad conjugium, & proinde sit impedimentum dirimens contractum Matrimonium.

131. Sed contra facit; quod talis ægritudo, superveniens Matrimonio contracto, nullatenus illud solvat: quod autem Pontifex de tali ægritudine, præcedente contractum, loquatur, ex quo verbo illius Canonis constat? Divinando ergo hoc dicitur potius, quam solidè interpretando.

Ita notat Pontius sup. n. 14. qui sic incipit: Sed quidquid de eo sit, uno è duobus modis interpretor Gregorium, divinans potius: si enim nacti essemus Epistolas aut Consultationes Bonifacii, quibus responderet, facilius legitimam ejus textus interpretationem assignare possemus. Dico ergo, vel intelligendum de femina arctationis infirmitate correpta, id est, quæ ita arcta erat, ut à viro cognosci non posset. Dico etiam, explicari posse de femina nondum cognita, & de Matrimonio rato non consummato, quæ in gravem morbum incidente, eumque perpetuum, conjux volebat ad secunda vota transire, idque indultum à Gregorio. Hæc Basil.

Qui divinat, Pontificem interrogatum fuisse pro dispensatione in casu aliquo particulari, quod tamen ex verbis Pontificis nullatenus colligitur: imò magis oppositum, ibi: Si mulier infirmitate correpta &c. quæ est propositio indefinita, quæ in moribus æquivaleret universaliter.

132. Sed nunquid hic finis objectionum? Hieronymus (inquit Adversarii) in Epistola ad Oceanum, quæ incipit: Plures anni sunt, excusat Fabiolam, quæ dimisso viro adultero nupserat alteri, excusat, inquam, à peccato mortali: sic enim ait: Dimisit ergo, ut aiunt viriosum: dimisit illius & illius criminis noxium: dimisit pene dixi, quod clamante vicina uxor sola non prodidit. Sin autem arguitur, quare repudiato marito non innupta permanserit: facile culpam fatebor, dum tamen

referam necessitatem. Melius est, inquit Apostolus, nubere, quam uri. Adolescentula erat, viduitatem suam servare non poterat. Videbat aliam legem in membris suis, repugnantem legi mentis suæ, & se vincit & captivam ad coitum trahi. Melius arbitrata est, aperte confiteri imbecillitatem suam, & umbram quandam miserabilis subire conjugii, quam sub gloria univiræ operâ exercere meretricum. Idem Apostolus vult viduas adolescentulas nubere, filios procreare, nullam dare occasionem adversario maledicti gratiâ. Et protinus cur id velit exponit: Jam enim quædam abierunt retrò post Satanam. Hæc ille.

133. Quid tum? Num ideo afferit Hieronymus, prius Matrimonium verè fuisse dissolutum, aut eam non peccasse mortaliter? Non fuisse verè dissolutum, clarissimè asserit ibi: Et umbram quandam miserabilis subire conjugii.

Quod etiam non excuset eam à peccato mortali, patet ex verbis immediate subsequentiibus: Igitur & Fabiola, quia persuaserat sibi & putabat à se virum jure dimissum: nec Evangelii vigorem noverat, in quo nubendi univiræ cautio viventibus viris feminis amputatur: dum multa diaboli vitat vulnera, unum incauta vulnus accepit. Et verò quæ ista multa diaboli vulnera? Nonne peccata venialia? Opera sanè meretricum, quæ non solent esse venialia, sed mortalia. Ergo & unum vulnus, quod incauta accepit, peccatum mortale fuit.

Audi quod sequitur: Sed quid ego in abolitis & antiquis moror, quærens excusare culpam, cujus penitentiam ipsa confessâ est? Rogas, quæ poenitentia? Quis hoc crederet, ut post mortem secundi viri in semet reversa, quo tempore solent viduæ negligentes, jugo servitutis excusso, agere se liberius, adire balneas, volitare per plateas, vulnus circumferre meretricis, saccum indueret, ut errorem publicè fateretur, & tota urbe spectante Romana, ante diem Paschæ in basilica quondam Laterani, qui Caesariano truncatus est gladio, staret in ordine poenitentium, Episcopo, Presbyteris, & omni populo collacrymantibus: sparsum crinem, ora lurida, & squalidas manus, sordida colla submitteret? Quæ peccata fletus iste non purget? Quas inveteratas maculas hæc lamenta non abluant? Petrus trinam negationem trinâ confessione delevit &c.

134. Et postquam plura similia exempla peccatorum mortalium, & poenitentiarum, ex sacra Scriptura protulisset, tandem ait: Hoc unum loquar, quod & legentibus utile sit, & presentis causæ conveniat. Non est confusa Dominum in terris, & ille eam non confundet in celo. Aperuit cunctis vulnus suum, & decolorè in corpore cicatricem flens Roma conspexit. Dissuta habuit latera, nudum caput, clau.

133. Respondetur Hier. non excusasse Fabiolam à peccato mortali.

134. Ostenditur.

clausum os. Non est ingressa Ecclesiam Domini, sed extra castra, cum Maria sorore Moysi, separata consedit, ut quam Sacerdos eiecerat, ipse revocaret.

Bellar. Quis autem unquam audivit (inquit Bellar. sup.) ejusmodi poenitentiam publicam pro veniali culpa postulatam, aut concessam, ne dicam impositam & injunctam in Ecclesia? Quem unquam Episcopus expulit ex Ecclesia ob veniale delictum, ut Fabiolam ejectam scribit Hieronymus? Hæc ille.

135. Neque docuisse Matr. verè fuisse dissolutum.

Et dato quod S. Hieronymus excusasset Fabiolam à peccato mortali propter ignorantiam; num idè docuit, Matrimonium verè fuisse dissolutum? Clarum est, quòd non; alioquin nullatenus peccasset, aliud Matrimonium contrahendo. Ergo Hieronymus nequaquam opponitur nostræ Conclusioni, & doctrinæ Catholicæ, scilicet Matrimonii vinculum propter adulterium non posse dissolvi, quiddid sit de peccato mortali aut veniali Fabiolæ. Certum est, quòd fuerit mœchata, saltem materialiter.

136. Obiactio ex Epist. 87. Leonis Papæ.

Obijciunt præterea Adversarii auctoritatem S. Leonis Papæ ex Epist. 87. c. 1. ubi Sacerdotem, qui, uxore dimissâ, aliam duxerat, tantùm remouet ab Ordine, ut bigamum; nullo autem verbo significat, conjugium fuisse irritum. Hæc sunt ejus verba: *Eos enim, qui vel secundas nuptias iniierunt, vel viduarum se conjugio sociarunt, in Sacerdotio manere non patimur; & multò magis illum, si fuerit vestro iudicio consultatus, qui (sicut ad nos relatum est) duarum simul est maritus uxorum, vel illum, qui à prima uxore dimissus, alteram duxisse perhibetur, privandum honore decernimus.*

Resp. Bellar.

Respondet Bellar. sup. Non loquitur Leo de Sacerdote, qui post susceptum Ordinem sacrum uxorem duxerit; neque enim id unquam factum est ante hæresim Lutheranam; sed de quodam, qui cum uxore accepisset priore dimissâ, postèa ad Sacerdotium promotus fuerat. Hunc autem S. Leo ab Ordine remouet; nihil autem addit de Matrimonio ejus, ratumne, an irritum esset; tum, quia non erat ei proposita quæstio, nisi de Ordinatione; an scilicet talis homo ad Sacerdotium promoveri potuisset; tum, quia ibidem addit, salva esse debere Decreta Prædecessorum suorum. Unum est autem inter ea, Decretum Innoc. 1. Epist. 3. quo declarantur adulteri, qui priore dimissâ, etiam per legitimum divorcium, aliam ducunt. Hæc ille.

137. Impugnatur.

Sed, meo iudicio, Decretum istud Innoc. non est inter ea, de quibus ibi loquitur Leo, ut patet ex his ejus verbis: *Cæteros vero, quorum proventio hoc tantam reprehensionis incurrit, quod ex laicis ad officium Episcopale delecti sunt, neque ex hoc, quod uxores ha-*

beant, possunt esse culpabiles, susceptum Sacerdotium tenere permitimus; non prædecessorum nostrorum, nostrisque Decretis, quibus salubriter constitutum est, ne primum vel secundum aut tertium in Ecclesia gradum quisquam laicorum, quibuslibet suffragiis suis, antequam, priusquam ad hoc meritum per legitimam agnitionem perveniat.

Sed neque necessarium est, ut in inter ea; quia S. Leo, ut bene advertit Bellar. non disputat ibi de Matrimonio, sed eorum validitate; sed cavet omnibus modis, ne personæ aliquæ contra Sanctiones & Decreta Pontificum illicite ad Episcopatum promoverentur. En principium Epist. *Contra Ordinationibus Sacerdotum quædam quædum illicite usurpata, crebrior ad nos communitatem sermo perferret, ratio pietatis regis, ut sic.*

Et sanè; si idè Matrimonium cum bigamum cunda valet, quia non delectatur irritum, valebit quoque Matrimonium cum duobus simul; nam etiam de illo loquitur ibi Pontifex, neque declarat irritum.

Hæc ergo auctoritas S. Leonis nihil obicit ad propositam difficultatem de dissolutitate Matrimonii propter adulterium, ita ut utrique parti maneat jus convolandi ad aliud Matrimonium. Si enim verè dissoluitur Matrimonium quoad vinculum, non solum innocens, sed etiam pars nocens valide poterit contrahere Matrimonium; quod si verum esset, timendum oppidè, quòd multa in mundo committerentur adulteria, ut saltè viâ adulteri, periret prioris conjugii, aliud possent initi. Non est ergo verisimile, Matrimonium hanc à Deo vel Christo accepisse dissolutitatem.

Nunquid oppositum docet Origenes tract. 7. in Matthæum? Minime. Accipe eorum verba: *Scio quosdam, qui præsens, Ecclesia extra Scripturam permisisse aliquam rem viro priori vivente; & contra Scripturam quidem fecerunt, dicentes: Mulier quæ quanto tempore vivit vir ejus. Item, viro ante adultera vocabitur, si facta erit alteri viro. Non tamen omnino per hoc hoc permisissent: forsitan enim propter huiusmodi infirmitatem incontinentium hominum, peiorum comparatione, quæ mala sanæ scripturæ adversus ea, quæ ab initio fuerant scripta: Dico autem vobis, quoniam quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob causam fornicationis, & aliam duxerit, mœchatur.*

Ergo Origenes docet, Matrimonium dissolvi quoad vinculum propter adulterium, qualis Consequentia? Nam si prius Matrimonium dissolutum erat, quomòdò id permisissent extra Scripturam? Et quæ ratione permisissent mala adversus ea, quæ ab initio fuerant scripta? An ab initio scripta

B. O. S. C. Sacramentum Matrimonii

tum fuit, dissoluto Matrimonio quoad vinculum, siue per mortem unius, siue per Divinam dispensationem, malum esse contrahere aliud Matrimonium? Et quomodo permiserunt nubere, viro priori vivente, si Matrimonium quoad vinculum erat verè dissolutum? Jam quippe non erat amplius vir.

Permiserunt ergo nuptias secundas, vivente priori viro, tamquam minus malum ad evitandum majus, ut clarè patet ex illis verbis: *Pejorum comparatione, quæ mala sunt permiserunt.*

141. Si dixeris: Origenes comparat hanc permissionem cum illa, quæ extat 1. Corinth. 7. *Bonum est homini mulierem non tangere* &c. Respondeo, id clarè falsum esse, ut patet, ex sequentibus verbis: *Post hæc* (inquit Origenes) *accedamus ad verbum Pharisæorum, quod dixerunt ad Jesum: Quid ergo Moyses &c. Quoniam Moyses, legem scribens, non tantum aspexit, quæ sit vera justitia; sed secundum infirmitatem eorum, propter quos lex ponebatur, condescendens, plura mandavit, sicut est & lex dandi repudii. Quoniam autem secundum infirmitatem eorum dabatur, & non secundum justitiam, subjectus sermo demonstrat dicens: Ab initio autem non fuit sic. Et in novo quoque testamento sunt quedam non secundum veram justitiam, sed secundum duritiam cordis hominum carnalium constituta: ut puta propter duritiam cordis vestri lex data est dicens: Bonum est mulierem non tangere: propter fornicationem autem unusquisque propriam habeat uxorem, & unaquæque proprium virum &c. Si hoc propter duritiam cordis vestri mandatum est, quantum magis illud propter duritiam cordis vestri est, quod alicui dicit de viduis, volentibus iterum nubere. Quod si se non continent, nubant, melius est enim nubere, quam iri? Scio enim &c. ut sup.*

142. Vides ô Hæretice, si tamen habeas oculos apertos ad videndum, cum qua permissione Origenes comparat eam, quæ extat 1. Corinth. 7. *Bonum est homini* &c. Utique cum lege repudii, per quam ex dispensatione Divina, ut dictum est Concl. 1. dissolvebatur vinculum Matrimonii. Minimè autem cum ea, quæ quidam Episcopi permiserunt aliquam nubere in Lege Evangelica, per quam reprobatur lex repudii, viro priori vivente; nisi fortè in eo, quod utraque est permissio quedam, concessa ob infirmitatem hominum. Nam si omnes Christiani perfecti esse vellent, sequerentur id, quod Apostolus simpliciter bonum appellat, cum ait: *Bonum est mulierem non tangere*; tamen quia non omnes capiunt verbum hoc, conceduntur uxores. Sed tamen Origenes non dicit, hanc Pauli permissio-

nem esse contra Scripturam, aut esse rei malæ; sicut loquitur de permissione secundi conjugii post divortium.

Facio finem Conclusionis in his verbis 143. Apostoli Rom. 7. vers. 1. & sequentibus: *An ignoratis fratres (scientibus enim legem loquor) quia lex in homine dominatur quanto tempore vivit? Nam quæ sub viro est mulier (id est, conjugata) vivente viro alligata est legi: si autem mortuus fuerit vir ejus soluta est à lege viri. Igitur vivente viro vocabitur adultera si fuerit cum alio viro: si autem mortuus fuerit vir ejus, liberata est à lege viri, ut non sit adultera, si fuerit cum alio viro. Et similis locus habetur 1. Cor. 7. v. 39. Mulier alligata est legi quanto tempore vir ejus vivit: quod si dormierit vir ejus, liberata est, cui vult nubat tantum in Domino.*

Ergo Matrimonium fidelium, de quo loquitur ibi Apostolus, solvitur quoad vinculum per mortem, & non per fornicationem, ut in terminis docet S. Aug. lib. 2. de Adult. conjug. cap. 4. ibi: *Hæc verba Apostoli toties repetita, toties inculcata, vera sunt, viva sunt, sana sunt, plana sunt. Nullius viri posterioris mulier esse incipit, nisi prioris esse desierit: esse autem desinet uxor prioris, si moriatur vir ejus, non si fornicetur; licet itaque dimittitur conjux ob causam fornicationis, sed manet vinculum prioris, propter quod fit reus adulterii, qui dimissam duxerat, etiam ob causam fornicationis.*

Consulto autem dixi: *Fidelium*, quia de Matrimonio infidelium non est eadem sententia, ut patebit ex sequenti Conclusionem, quæ talis est:

CONCLUSIO IV.

Matrimonium infidelium, quantumvis consummatum, potest dissolvi, etiam quoad vinculum, si alter conjux ad fidem convertatur, alter autem in infidelitate pertinax, aut omninò cohabitationem respuat, aut cohabitare nolit absque Creatoris contumelia, vel absque eo, quod conjugem fidelem ad peccatum lethale pertrahat: & tunc integrum est converso ad alias nuptias migrare.

Hæc Conclusio solum indiget expositione; nam secundum se certa est, & ab Omnibus admittitur, dicente Apostolo nomine Dei, qui est supremus Dominus vobis.

143.

Ostenditur ex Apostolo Matrimonium solvi per mortem & non per fornicationem.

S. Aug.

144.

Probat ex Conclus. ex 1. Cor. 7. lun.

luntatum & corporum nostrorum, dicente, inquam, I. Corint. 7. v. 15. *Quid si infidelis discedit, discedat (fidelis) non enim servituti subjectus est frater aut soror in hujusmodi (id est, in iis, quæ sunt Matrimonii) in pace autem vocavit nos Deus.*

Deus, inquam; ex quo datur intelligi, non Apostolum nomine suo; sed, ut mox dixi, nomine Dei id dicere; hoc est, Deum tali casu concedere fideli potestatem dissolvendi vinculum Matrimonii, etiam consummati, ut in pace vivat, vel ducendo vitam cælibem, aut certe transeundo ad secundas nuptias, ne occasione perpetuæ continentiæ à conversione avertatur.

145. Item ex Ambrosio-astro,

Ita intellexit hunc locum Ambros. ibi, dicens: *Proposuit Religionis custodit, præcipiendo, ne Christiani relinquunt conjugia: sed si infidelis odio Dei discedit, fidelis non erit reus dissoluti Matrimonii. Major enim causa Dei est, quam Matrimonii. Non est enim frater aut soror servituti subjectus in hujusmodi. Hoc est, non debetur reverentia conjugii ei, qui horret auctorem conjugii. Non enim ratum est Matrimonium, quod sine Dei devotione est; ac per hoc non est peccatum ei, qui dimittitur propter Deum, si alii se junxerit. Contumelia enim Creatoris solvit jus Matrimonii circa eum, qui relinquitur, ne accusetur alii copulatus. Infidelis autem discedens & in Deum, & in Matrimonium peccare dignoscitur: quia noluit sub Dei devotione habere conjugium. Itaque non est ei fides servanda conjugii, quia idem recessit, ne audiret auctorem esse Christianorum Deum conjugii. Nam si Esdra dimittit fecit uxores aut viros infideles, ut propitius fieret Deus, nec iratus esset, si alias ex genere suo acciperent (non enim ita præceptum his est, ut remissis istis, alias minime ducerent) quanto magis si infidelis discesserit, liberum habeat arbitrium, si voluerit, nubere legi suæ viro? Hactenus Ambr. vel quicumque est Auctor illorum Commentariorum apud D. Ambr.*

Eaque verba, aliquibus omissis, & immutatis referuntur 28. q. 2. cap. fin. ex D. Gregorio; sed, ut notant Censores Decreti ibi, non sunt inventa apud illum.

146. Et Innoc. 3. c. 7. de Divort.

Neque solus Ambr. ita intelligit hæc verba, sed etiam omnes ferè Expositores: & quod plus est, ita intellexit id testimonium Innoc. 3. cap. Quanto, 7. de Divortis, ibi: *Nos igitur consultationi tuæ respondentes, distinguimus, licet quidam Prædecessor noster sensisse aliter videatur, an ex duobus infidelibus, alter ad fidem Catholicam convertatur, vel ex duobus fidelibus, alter labatur in hæresim, vel decidat in gentilitatis errorem. Si enim alter infidelium conjugum ad fidem Catholicam convertatur, altero vel nullo modo, vel non sine blasphemia Divini nominis, vel ut eum pertrahat ad mortale peccatum, ei cohabitare*

*volente: qui relinquitur ad secunda, si voluerit, vota tranfibit. Et in hoc casu intelligitur, quod ait Apostolus. Si infidelis discedat, discedat: frater enim vel soror non est servituti subjectus in hujusmodi. Et Censores etiam, in quo dicitur: Contumelia Creatoris solvit jus Matrimonii circa eum, qui relinquitur. Ubi, ut vides, hic Pontifex Confirmationem nostram disertis verbis asserit.*

Uti etiam in cap. Gaudemus, 8. ead. tit. *Qui autem secundum ritum suum legitimum repudiavit uxorem, cum tale repudium verum sit in Evangelio repudiaverit, nunquam uxore licite poterit aliam, etiam ad Christi fidem conversus, habere: nisi post conversionem ipsius, illa renuat cohabitare cum ipsa: etiam, si consentiat, non tamen obsequentia Creatoris, vel ut eum pertrahat ad mortale peccatum: in quo casu repudium tantum, quamvis de injusta spoliatione, respectu negaretur: quia, jam tunc deponitur, frater aut soror non est in hujusmodi servituti. Efflet autem irreducibilis servituti, si restituito concederetur, fore & ita foret alligatus eo Matrimonio, ut sequeretur ad aliud transire.*

Itaque Ecclesia, cujus est judicare de vero sensu & interpretatione Scripturarum sanctarum, tenuit, & tenet, illis verbis Apostoli à Christo fuisse concessum privilegium dissolvendi Matrimonium consummatum in his circumstantiis, concessum, inquam, in favorem fidei.

Quia (inquit Sanchez lib. 7. disp. 74. n. 4.) cum Christus voluerit quempiam obligare abique propria voluntate & culpa ad vitam cælibem ducendam; nec fideli in his eventibus liceat cum infideli habitare, & consequenter nec habitare possit (id enim possumus, quod honestè possumus) recipere fuit, ut daretur conjugii fideli facultas rarius Matrimonii contrahendi. Graviter enim onus esset, nec suavitati juris consentaneum, imperfectos, ac turpiter runculos, obligare ad actus hereticæ voluntatis, de quibus Matth. 19. dixit: *Nonnes capiunt verbum istud.*

Et confirmatur: quia maxime deprehenduntur infideles à conversione, si infidelis, recepta, tenerentur à conjugio infideli, recedente, ac debito modo cohabitare, recedere, ac in fidem converso liceret periculo. Inconvenientiæ consulere, aliud Matrimonium ineundo. Cum ergo majus sit bonum fidei, quam conjugii; consentaneum rationi fuit, ut Christus, fidei ac conjugiorum auctor, favorem fidei præferens, statueret, posse in his eventibus dissolvi Matrimonium. Hæc ille.

Merito ergo Pontifex Innoc. & universi DD. per discessum infidelis apud Apostolum

B. O. S. C.  
Sac. Matrimonii  
p. 151.

lum sup. intelligunt, non tantum dicendum physicum, sed etiam morale; qui tunc est, quando infidelis renuit cohabitare debito modo, id est, sine blasphemia Divini nominis, & pertractione ad mortale peccatum. Quippe tunc verè dicitur infidelis discedere: quia etsi non recedat corpore, recedit tamen animo, & cogit fidelem recedere etiam corpore. Nam fidelis tenetur tunc recedere ab infidelis consortio; atque ita, præbens causam necessariæ fugæ, ipsam fugat: ac consequenter infidelis dicitur recedere à fidei, quem fugat.

Hinc Ambr. sup. & Innoc. 3. dicunt, fidelem relinqui ab infideli, nolente cohabitare sine Dei contumelia, vel sine pertractione ad peccatum mortale, quia eo modo admittit, quo non licet fidei ejus consortio frui. Et Hostiensis dicto cap. Quando, n. 1. super verb. Qui relinquitur, ait; infidelem dici relinquentem, & fidelem relictum, eò quòd, cum ambo fidem amplecti teneantur, infidelis eam respuit, fidelem illam amplectente. Sicut quando aliquis recto tramite aliquid tendit, qui tramitem illum sequi renuit, obliquum eligens, verè dicitur relinquire alium, cum illac tendere deberet.

Porro in prædictis eventibus, fidelem non solum non teneri, sed nec posse cohabitare infideli, ab Omnibus quasi supponitur, & verissimum est per se loquendo. Audite Doct. Subtilem 4. dist. 39. q. un. n. 6.

Si quis inquit, quare Apostolus suadet, Matrimonium inter infideles contractum, esse servandum post conversionem alterius; si enim propter aliquem bonum finem honestè servatur, igitur propter eundem possit honestè contrahi. Respondeo: causa Apostoli patet ibi: Salvabitur, inquit, vir infidelis per mulierem fidelem. Igitur servare Matrimonium prius contractum, est occasio convertendi conjugem infidelem. Cessante autem evidenter causa illa, non debent in simul commanere, ut puta, si non consentis habitare cum converso; vel non sine injuria Creatoris, blasphemando scilicet vel sollicitando conversum ad infidelitatem: vitanda est enim tam singularis familiaritas cum quocumque contrariæ Sectæ, nisi propter majus bonum. Ita Scotus.

Ubi in primis docet cum Apost. 1. Corint. 7. v. 12. Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc consentis habitare cum illo (scilicet pacificè, id est, sine injuria Creatoris, & pertractione ad peccatum mortale) non dimittat illam, docet, inquam, in hoc eventu licitam fuisse habitationem fidelis conjugis cum infideli propter majus bonum, scilicet conversionem conjugis infidelis, quæ poterat sperari ex illa cohabitatione, idque à nemine negatur; cum ab Apostolo, si non præcipiatur, saltem

consulatur, ut patet ex verbis jam allegatis.

Immo Multi putant, eam cohabitacionem tunc fuisse præceptam, non quidem à Domino, sed ab Apostolo; quippe ait: *Nam cæteris ego dico, non Dominus: Si quis frater &c.* Ita sustinet Ambr. in eum locum, ubi sic lego: *Hoc dixit, quia inter illa primordia, cum ambo utique essent gentiles, fiebat ut unus ex his crederet, & quia horrebant perfidi culturam Dei, similiter & credentes contaminationem præteriti erroris, ideò præcipit, ut si consentis essent habitare cum immutatis, consentis essent & fideles cum illis.*

Sed communior sententia negat præceptum: si enim (inquit Sanchez sup. disp. 73. n. 7) id Dominus non præcepit, non necessariò fieri debet ex ipsa conjugii lege, quæ divina est; nec credendum est, D. Paulum onus tam gravè voluisse imponere infideli, qui ad fidem convertitur, cum Christus id onus non imposuerit; noluit enim Christus, ut fidelis obstrictus esset ad convivendum infideli in consuetudine vitæ tam arcta ac familiari, ac est conjugalis. Hæc ille.

Et adjungit duplicem rationem congruentiæ ex D. Thoma 4. dist. 39. q. un. a. 3 & 4. Prior est: *Aliquando vinculo Matrimonii manente, solvitur Matrimonium quantum ad cohabitacionem, & debiti solutio-nem; in quo pari passu currunt infidelitas & adulterium; quia utramque est contra bonum proles. Unde sicut se habet in potestate dimittendi adulteram, vel commanendi cum ea, ita se habet in potestate dimittendi infidelem, vel commanendi cum ea. Potest enim vir innocens liberè cum adultera manere, spe correctionis; non autè, si in adulterii peccato fuerit obstinata, ne videatur patronus turpitudinis; quam vis etiam cum spe correctionis possit eam liberè dimittere. Similiter fidelis converteri potest cum infideli manere cum spe conversionis, si eam in infidelitate obstinatam non viderit, & bene facit commanendo; tamen non tenetur, & de hoc est consilium Apostoli. Hæc ille art. 3. in corp.*

At verò art. 4. in corp. sic ait: *Dicendum, quòd homini secundum aliam & aliam vitam diversa competunt, & expediunt; & ideò qui moritur priori vitæ, non tenetur ad illa, ad quæ in priori vita tenebatur; & inde est, quòd ille, qui in vita seculari existens aliqua vovit, non tenetur illa, quando mundo moritur, vitam religiofam assumens, persicere; ille autem, qui ad Baptismum accedit, regeneratur in Christo, & priori vitæ moritur; cum generatio unius, sit corruptio alterius; & ideò liberatur ab obligatione, qua uxori tenebatur reddere debitum, & cohabitare non tenetur, quando converti non vult; quamvis in aliquo casu liberè id possit facere, ut dictum est; sicut & Religiosus liberè persicere potest vota, quæ in seculo fecit, si non sunt contra Religionem suam, quamvis ad ea*

Y y y y non

Multi putant eam cohabitacionem tunc fuisse præceptam.

152. Communior sententia negat præceptum. Probat ex Sanchez.

Duplex ratio congruentiæ ex D. Thom. Prima.

153. Sectima.

per dicesu infidelis a quod Apst. tenetur morali.

Hostiensis.

150. Fidelem non licet cohabitare infideli discedens. Scotus.

151. Ubi si vult pacificè cohabitare.

non teneatur. Igitur secundum D. Thomam consilium Apostoli est, cohabitare, non praeceptum.

154. Hanc sententiam amplectitur D. Aug. Eiusdem sententiae fuit D. Aug. lib. 1. de Adulter. conjug. c. 13. ibi: *Fam nunc illud videamus, quod ait Apostolus: Caeteris autem ego dico, non Dominus, ad imparia scilicet, hoc est, ubi non ambo Christiani fuerant, conjugia locutus. Quod mihi visum est, eum monendo dixisse. Et cap. 18. Sic enim (inquit) recedere ab infidelibus uxoribus, vel maribus, fideles viri vel feminae non prohibentur a Domino, ut neque jubeantur. Nam si dimittere tales conjuges juberentur, nullus locus esset consilio monentis Apostoli, ne hoc fieret.*

155. Occurrit objectioni. Nec obstat: quod priori loco dictis verbis statim adjungat: *Quia enim conjux fidelis relinqueret conjugem licite potuit infidelem, ideo fieri hoc non dominus, sed Apostolum prohibet.* Et posteriori loco d. verbis actutum subdat: *Nullo modo enim, quod Dominus jubet, servus bonus fieri prohibetur.* Haec, inquam, non obstant, quia intelligenda sunt, non de prohibitione simpliciter, sed ut sensus sit: monendo prohibet, ut patet ex his verbis cap. 18. in principio: *Sed quia ita licitum est (dimittere infidelem) ut non expediat: ne propter conjugum separationes offensa homines, ipsam doctrinam salutis, qua illicita prohibentur, exhorreant; ac sic peiores atque perituri in eadem infidelitate remaneant, intercedit Apostolus, & monendo fieri vetat, quod ita licitum est, ut non expediat. Sic enim &c. ut sup. Jam autem monendo aliquid vetare, idem est, quod consulere aliquid, tamquam melius bonum.*

Tempore Apostolorum erat licita cohabitatio. Itaque Apostolorum tempore & sexcentis postea annis, quo spatio frequens erat conversio & Judaeorum & quorumvis aliorum infidelium, permittitur, juxta consilium Apostoli, habitatio conjugis ad fidem conversi cum infideli, propter spem ejus conversionis, quando habitare volebat absque Dei contumelia, & pertractione ad mortale peccatum. Et eo saeculo floruit. D. Aug. & ita tenuit hanc partem.

156. Postea prohibita fuit cohabitatio cum Judaeis, Sanchez. Secundum saeculum subsecutum est (inquit Sanchez sup. disp. 73. n. 12.) quo rarissime Hebraei ad fidem reducebantur, erantque pervicaciores in sua perfidia: quo tempore edita est Synodi Toletanae constitutio, qua decretum est, ne uxores fideles habitare permittentur cum Judaeis, fidem admittere renuentibus. At de caeteris infidelibus nil ibi statutum est, quod non ita obtinuit in sua perfidia essent, ut merito eorum conversio desperanda esset.

Et tandem etiam cum aliis infidelibus. Tertium tandem saeculum successit, quo Ecclesiae consuetudine, receptum, ac praeceptum inductum, ne conjux, ad fidem conversus, permittatur cum infideli cuiuscumque Sectae habitare: Quod successu tem-

poris experientia docuerit, non modicum perversionis periculum imminere conjugii alteri fideli ex infidelis consortio. Haec ille.

Et si objicias: hic mos Ecclesiasticus ad versusur consilio D. Pauli; Responderet: Praecepta humana, necum consilia, possunt, non cessitate id suadente, variari successu temporum; ut habetur cap. 8. de Conlang. & cetera in principio: *Non debet reprehensibile iudicari, si secundum varietatem temporum facias quandoque variantur humana, praeterquam cum urgens necessitas vel evidens utilitas id expostulet quoniam ipse Deus ex his, quae in veteri testamento statuerat, nonnulla mutavit in novo.*

Quare (concludit Sanchez sup.) licet non licet alterutri conjugi, fidem proceram permanere in consortio conjugis infidelis, sed tenetur ab eo, nolente ad fidem convertere, quantumvis possit ab hac contumelia habitare. Et non est curis hujus est; quod initio nasciturus habet una efficax gratia, & affectus ad fidem, in quibus fidei erat, ut formidando minister eorum perverfio, quin potius probabiliter speranda infidelis conjugis conversio ex fidelis consortio. Quae, retrahente potius charitate ac fervore, mutata sunt.

Adde: in principio magnum fore tranquillitatis status Reipub. perurbationem, si quando tanta erat infidelium copia, non liceret conjugi ad fidem reducto, habitato cum infideli: valdeque ad suscipiendam fidem deterrerentur infideles, praecipuo impedito dimittendi conjugis infidelis. Et ideo hanc sententiam sustinent D. Tho. 4. dist. 39. q. 1. un. a. 3. ad 2. D. Bonar. ibi in expolit. litterarum num. 2. & Alii complures quos Sanchez supra cita.

Subdo tantum verba Doct. Seraphici illud Mag. Apostolus, ne fiat, consilio de reas suadet. Videtur (inquit) male dicitur ex hoc videtur, quod fidelis licite potest infideli cohabitare. Sed contra 2.8. q. 1. qui Christianas mulieres in conjugium, admoneantur ab Episcopo civium, ut, si cum eis permanere cupiunt, debent efficiantur. Quod si admoniti non obparentur: quia non potest infidelis manere conjunctione, quae jam in Christianam translata est fidem. Et in dicitur in sequentibus idem dicitur.

Respondeo, dicendum; quod hoc videtur aliqui distinguere, quod illud Apostolus dicitur de pagamis, qui ad fidem facti sunt: sed ille canon intelligitur de infidelibus, qui non sunt, adeo quod potius pervertentur in infidelitatem, quam per ipsos proficerent. Sed omnes sint in malitia nunc obfirmati, quia infidelio non habet locum; sed in primis Hebraei, quam Judaei, quam Gentiles, postquam converterentur ad fidem, & cum muliere conjugii

B. O. N. C.  
Sacramentum  
Matrimonii

propter salutem conjugum concessi & consulsit Apollolus tunc cohabitare; sed postmodum Judaei adeo sunt obstinati in malitia, quod potius volebant pervertere, quam converti, adhuc Gentilibus ad fidem intrantibus; & tunc concedebatur cohabitare Gentilibus non Judaeis: nunc autem quia utriusque sunt in malitia obstinati, propter periculum corruptionis evitandum, neutris conceditur cohabitare sine contumelia creatoris; quia semper praesumitur, nisi velint converti, quod velint cohabitare in contumeliam creatoris. Hucusque S. Bonaventura.

A quo non dissentit Scotus supra, ut patet ex his verbis: Cessante autem evidenter causa illa (id est, conversione conjugis infidelis) non debent infirmul commanere. Cum ergo hodie cesset evidenter causa illa, non debent, etiam secundum Scotum, infirmul commanere, nisi propter majus bonum, ut ait Doctor Subt. sup. in fine.

Quod probè sciens Sanchez, sic ait supra n. 15. Id tamen fatendum est, praecipuum hoc divertendi à conjugè infidelis, nolente converti, non obligare cum vitæ discrimine; sicut nec alia praecipua humana cum eo obligant. Quare si infidelis apud suos converteretur ad fidem, & ne proderetur cum periculo vitæ, commaneret cum conjugè infidelis, servato jure divino, perversionis crimen cavendum distanti, vacaret culpa. Hæc ille; cum Aliis, quos citat.

Quidquid ergo sit de tempore Apostolorum, sive primitiva Ecclesia, in qua non solum licita, sed etiam, secundum Ambros. supra, & alios PP. quos citat & sequitur Pontius lib. 9. cap. 4. n. 6. cohabitatio fuit praecipua; postea procedente tempore, etiam secundum Pontium ibidem n. 7. obligatio praecipua aboleri cepit, ac optio relinqui his, qui convertebantur; ut quod vellent eligere, vel cohabitarent, vel desererent & caelibes manerent, non interveniente tamen injuria creatoris; ea enim interveniente, non tantum cohabitatio, sed & vinculum dissolutum. Hæc ille.

Et post pauca sic concludit illum n. Probabilis ergo est, apud Africanos Augustini tempore ejus praecipua obligationem cessasse, & ab Africanæ regionis Episcopis optionem dari, & inter eos fuisse Augustinum, ut planè constat ex cap. Non solum, cap. Jam nunc; cap. Sic enim; 28. q. 1. quæ ex August. desumpta sunt.

Rogas; quid Pontius doceat de sublequentibus sæculis? Verum (inquit n. 8.) post ea Aug. tempora, quia nonnullæ Provinciae, ex Judæorum consortio; in sua infidelitate remanentium, fideles infici & relabi animadverterunt, Hispani atque Galli simul decreverunt, & lege sanxerunt, ne, si ex Judæis aliquis ad fidem converteretur, re-

maneret cum infideli, sed separarentur ob probabile periculum, quod in ea cohabitatione deprehenderant.

Extant de eo duo Canones in Concilio Toletano 4. Primus est Can. 61. aliis 62. Sæpe malorum consortia etiam bonos corrumpunt, quanto magis eos, qui ad vitia proni sunt. Nulla igitur ultra communio sit Hebræis, ad fidem Christianam translatis, cum his, qui adhuc in veteri ritu consistunt, ne forte earum participatione subvertantur. Quicumque igitur amodo ex his, qui baptizati sunt, infidelium consortia non evitaverint, & hi Christianis donentur, & illi publicis creditibus deputentur. Ita refertur cap. 12. 28. q. 1.

Posterior est Can. 62. aliis 63. qui refertur ead. caus. & q. c. 10. Judæi, qui Christianas &c. ut sup. Filii autem, qui ex talibus nati existunt, fidem atque conditionem matris sequantur. Similiter & hi, qui procreati sunt de infidelibus mulieribus, & fidelibus viris, Christianam sequantur Religionem, non judaicam superstitionem.

Unde (inquit Pontius sup. n. 9.) nunc etiam Romæ fertur esse consuetudo, ut quadraginta dierum spatium designetur, quo alter deliberet. Quod si nolit judaismum relinquere, etiam absque Creatoris contumelia cohabitare velit, Ecclesiae auctoritate separatur, quoad habitationem scilicet. Hæc ille.

Sed nunquid idem dicendum de aliis infidelibus? Respondet Basil. sup. n. 10. Fatentur Omnes, nullum extare Decretum, vel legem latam, quæ, qui ex Paganis convertitur, cum altero infideli cohabitatione prohibeatur; neque ego unquam reperire potui. Fatentur etiam, prisca temporibus licitam cohabitationem his, qui ex Paganis convertebantur, prohibitam tamen Judæis. Addunt denique, jam usu & consuetudine populi Christiani, quæ vim legis obtinet, inductum esse hujusmodi præceptum: itaque jam tam conversos ex Judaismo, quam ex alia quavis Secta, separari debere, nec licitè cohabitare posse, etiam si nulla interveniat Creatoris injuria: quia cum non minus illi mente obstinati sint ac Judæi, probabile periculum est, justusque metus ejus periculi. Huic enim honesto titulo cedit, quasi fortiori, jus quæsitum conjugii in conjugem, cujus corporis potestatem habet.

Sequuntur sententiam istam nobiles Theologi, D. Tho, in 4. dist. 39. q. un. a. 3. Nunc pari passu (inquit) ambulanti utriusque, scilicet Gentiles & Judæi, quia utriusque obstinati sunt; & ideo nisi uxor fidelis converti velit, non permittitur ei cohabitatio, sive sit Gentilis, sive Judæa. Idem sentit Richardus a. 2. q. 1. §. Modernis. Durandus q. 2. Ga-

Y y y y 2 bri-

Decretum Conc. Tolet. de hac materia.

163. Aliud.

164. Non concernunt omnes infideles, sed in daos tantum Pontius.

165. Consuetudo hodie extensit ea ad alios infideles. D. Tho. Richardus. Durandus.

160. D. D. Subtilis.

Præceptum hoc non obligat cum vitæ discrimine.

66. Pontius patet tempore Apostolorum fuisse cohabitacionem præceptam.

162. Dicitur Pontius de sublequentibus sæculis.

Gabriel.  
Soto.  
Comitolus.

briël q. un. a. 2. Conclus. 3. Soto q. un. ar.  
4. *Est tamen hodie*, Paul. Comit. lib. 1. Resp.  
Moral. q. 124. n. 4.

Quibus ego lubens adhæreo, quamvis  
dissentiant Alii. Cur enim tot Aucto-  
ribus tam gravibus & peritis, qui de ea consue-  
tudine testimonium ferunt, non creden-  
dum existimemus? Cùm, ut apud Plutar-  
chum in convivio septem Sapientum re-  
fert Bias ex Thalete Philosopho: *Amicos*,  
*etiam quæ fidem excedant, credenda*. Amicos  
autem ille, bonos ac virtuti deditos inter-  
pretatur. Maximè cum ista ex factò, non  
ex jure dependant. Hucusque Pontius.

166. Si objicias, quòd Innoc. 3. in cap. *Gau-*  
*demus*, de Divort. mille ac centum à Chri-  
sti ortu exactis annis, eam cohabitationem  
approbet.

*Solutio Pon-*  
*tii.*

Respondet Basfl. sup. n. 11. Innocentii  
institutum in eo cap. non est, decernere, an  
liceat infideli, ad fidem converso, cohabi-  
tatio cum eo, qui in infidelitate remanet;  
sed tantùm, conjugium inter consanguine-  
os in infidelitate contractum, non debere  
dissolvi. Nec verò curat, an alter maneat  
in infidelitate, vel non. Denique: quamvis  
demus, ex eo Innoc. 3. Decreto colligi,  
adhuc suo tempore licuisse cohabitationem  
fidelis cum infideli, non tamen inde  
convincitur, postea contraria consuetudine  
illud Decretum abrogatum non esse.  
Doctores autem suprà relati, qui multis  
sæculis post Innoc. 3. scripserunt, pro  
recepta consuetudine testificantur.

167. *Instantia.*

Instas: nunc Indi recens conversi non  
separantur à conjugibus infidelibus, si ve-  
lint sine injuria Creatoris remanere.

*Diluitur.*

Respondet idem Auctor sup. n. 12. Cùm  
hæc legis Ecclesiasticæ, aut consuetudinis,  
quæ vim legis Ecclesiasticæ ac robur ob-  
tinet, prohibitio sit, potuit Pontifex prohi-  
bitionem eam abrogare, si huic tempori &  
Indorum conversioni expedire judicave-  
rit; sicut propter justos fines, primis Eccle-  
siæ temporibus non tantùm cohabitatio li-  
cita erat, sed etiam in præcepto. Quare &  
nunc, cùm similia incommoda timerentur,  
præceptum de separatione cessare, & obli-  
gationem cohabitandi reviviscere, dici de-  
bet, id quod etiam Alii senserunt. Hæc ille.

Si autem à me quæritur, an ergo ubi  
viget dicta prohibitio cohabitationis, uti-  
que sub mortali, quia res gravis est, an,  
inquam, fidelis validè & licitè possit contra-  
here Matrimonium, si infidelis requisitus  
renuat converti. Pro responsione

168. *Quid sit in-*  
*fidelem nolle*  
*cohabitare*  
*sine contu-*

Præmittendum ac præsciendum, quid sit  
infidelem nolle cohabitare sine contume-  
lia Creatoris, vel sine pertractione ad pec-  
catum mortale. An fortè hæc contumelia,  
aut pertractio idem sunt, quòd infidelitas,

& ejus exercitium? Sanè quoties conver-  
ti renuit, manifestum est, eum in sua lege  
velle permanere, & legis suæ præcepta ac  
ritus velle observare: atque adeò frustra  
dixerit Innoc. 3. d. cap. *Quanto*, de Divort.  
*Altero vel nullo modo, vel non sine blasphemia*  
*Divini nominis* &c. sed simpliciter dicere  
debuisset: *Altero veniente conversi*. Sup-  
ponit ergo Pontifex, & omnes Doctores  
cum ipso, quòd possit aliquis renuere con-  
versionem, & tamen velle cohabitare sine  
contumelia vel pertractione ad peccatum  
mortale.

Sed nunquid idem est, nolle cohabitare  
sine contumelia Creatoris; & nolle cohi-  
bitare sine pertractione ad peccatum mor-  
tale? Distincta esse, videtur satis significat  
Innoc. d. cap. *Quanto*, ibi: *Altero vel nullo*  
*modo vel non sine blasphemia Divini nomi-*  
*nis, vel ut eum pertrahat ad mortale peccatum*  
*ei cohabitare volente*. Ubi particula disjunc-  
tiva, *Vel*, quid aliud innuit, quam bene  
posse, ut quis velit eum pertrahere ad pec-  
catum mortale, estò nolit Divinum blas-  
phemare nomen? Quippè si eadem fuerit,  
blasphemare nomen Domini, & pertrahere  
ad mortale, potius particula conjunctiva,  
*Et*, quam disjunctiva: *Vel*, uti de-  
debuisset Pontifex.

Certum ergo est, nolle cohabitare sine  
contumelia Creatoris, non esse idem, quòd  
velle infidelem in cultu Deorum suorum,  
aut in alio ritu suo infideliter persistere. Quid  
ergo est? Doct. Angel. 4. dist. 39. q. un.  
a. 5. in corpore, hæc ait: *Si autem infidelis*  
*nolit cohabitare sine contumelia Creatoris, in*  
*verba blasphemia prorumpens, & nomen Chri-*  
*sti audire nolens; tunc, si ad infidelitatem per-*  
*trahere nitatur, ut fidelis potest alteri per Ma-*  
*trimonium copulari*.

Ecce (inquit Sanchez sup. disp. 7. a. 1.)  
qualiter expressè petit ultra verbalibus  
miæ, & nolle audire nomen Christi  
fidelis nitatur fidelem pervertere. Eo-  
dem modo loquuntur Durandus & alii  
plures, quos ibi Sanchez citat.

Veracruz 2. part. Specul. a. 30. Concl. 1.  
2. ait: Velle habitare cum contumelia  
Creatoris, nihil aliud esse, quam eum  
infidelem coram fideli quæcumque dila-  
fidelitatis ritum pertinentia, vel dila-  
quodcumque in fidei contumeliam, per  
quod periclitetur fides infidelis conjugii  
ad fidem conversi.

Sed enim videtur id non esse necessa-  
rium, eò quòd textus d. cap. *Quanto* ap-  
tè distinguat contumeliam Creatoris ex  
una parte, & pertractionem ad peccatum  
mortale ex altera, ibi: *Altero vel nullo mo-*  
*do* &c. Vide sup.

Et ita expressè significat D. Subtilis 4.  
dist. 39. q. 1. a. 5.

diff. 39. q. un. n. 6. ibi: *Ut patet, si non consentit habitare cum converso, vel non sine injuria Creatoris, blasphemando scilicet, vel sollicitando conversum ad infidelitatem.* Ergo secundum ipsum distincta sunt blasphemare, & sollicitare conversum ad infidelitatem.

Et eodem modo explicat Doct. Seraph. 4. diff. 39. a. 2. q. 1. in corpore: *Respondeo dicendum; quod loquendo de solutione quantum ad cohabitationem, & mutuam servitutem, hoc est in potestate fidelis; sed loquendo de solutione quantum adruptionem vinculi, distinguendum est: quoniam infidelis, aut vult cohabitare, aut non. Si vult cohabitare, aut cum blasphemia nominis Christi, aut sine, aut ut pertrahat ad infidelitatem, aut non. Si vult cohabitare sine blasphemia nominis Christi, & ita quod non pertrahat ad peccatum, non solvitur Matrimonium; quia nec injuriatur, nec facit contumeliam Deo, nec Matrimonio, nec marito. Si autem discedit, vel non vult cohabitare sine contumelia Creatoris, vel sine impulsione ad infidelitatem, in his tribus casibus potest a fidei dimitti, & per contumeliam factam Matrimonio, & Creatori, vinculum potest frangi, & potest cum alia contrahere, ut dicit Innoc. extra de Divortiiis: Quanto, & Gaudemus. Hæc ille.*

Sed existimo (inquit Sanchez sup.) utroque DD. verè non discordare. Quia quoties infidelis coram fidei convicta jacit in Christum & fidem, fidelis non debet id sustinere, & ita cogitur recedere: alias reputabitur patronus ejus turpitudinis, ac conivens illis convitiis: eò vel maxime, quod tamquam recens conversus, sit non modicum de fide suspectus. Adde; non modicum obijci periculum perversionis conjugii illi fidei tenerrimo in fide, ex crebro illorum convitiis in Christum auditu. Hæc ille.

Quæ si vera sunt, jam non tribus casibus, ut vult Doct. Seraphicus, sed in duobus tantum infidelis poterit a fidei dimitti; scilicet, si discedat, vel non vult cohabitare sine contumelia Creatoris; quippe contumelia Creatoris, ipsa etiam est impulsio ad infidelitatem, secundum Sanchez; ergo hoc ipso, quod infidelis non vult cohabitare sine blasphemia seu contumelia Creatoris, non vult etiam cohabitare sine impulsione ad infidelitatem; ergo hi non sunt duo casus, sed unus tantum; nam & ille, qui non vult cohabitare sine impulsione ad infidelitatem, hoc ipso non vult cohabitare sine contumelia Creatoris, quia hæc ipsa impulsio contumelia est.

Quidquid sit de hac concordia istorum DD. adhuc invenio tres casus, etiam in sententia Sanchez, in quibus infidelis potest dimitti. Primus, si discedat, nolens abso-

lute cohabitare. Secundus, si velit cohabitare, sed non sine contumelia & pertractione ad infidelitatem. Tertius, si quidem velit cohabitare sine contumelia, & sine impulsione ad infidelitatem; non tamen sine pertractione ad aliud peccatum mortale, puta furtum, latrocinium, &c.

Atque hunc tertium casum satis clarè significat Innoc. in d. cap. Quanto, ubi non dicit Pontifex: *Vel ut eum pertrahat ad mortale peccatum infidelitatis;* sed simpliciter: *Vel ut eum pertrahat ad peccatum mortale,* utique vel infidelitatis, vel aliud quodcumque.

Dicit autem: *Mortale;* quia vix potest esse cohabitatio, in qua non detur occasio alicujus, aut etiam plurium peccatorum venialium, quæ proinde non officit pacificæ cohabitationi.

Rogas; an quælibet occasio peccati mortalis ei obstat? Respondeo negativè; sed debet esse talis occasio, quæ pertrahat ad peccatum mortale; iis enim verbis utitur Pontifex d. c. Quanto. Hæc autem pertractio videtur esse, secundum Sanchez sup. & Alios, quos citat, quoties fidelis, attentâ propriâ fragilitate, periculo lapsus exponitur, five monitione levi, five quodammodo violenta & importuna, aut suggestione infidelis. Undè periculum hoc non æquâ lance in omnibus librandum est. Fœmina enim facilius labetur, & inter ipsas fœminas seu viros, quidam aliis prioribus ad ruinam in peccatum sunt.

Facile autem (inquit Sanchez) periculum hoc conjectabimus, cum infidelis recens conversus, facillimus sit ad ruinam; ut potè, qui neque in fide, neque in bonis moribus radices egerit, sed pessimos imbiberit, illisque assuefactus sit. Et ratio est manifesta. Quia hoc institutum est, ut fidelis imbecillitati consulatur. Ergo ea sua, verbis vel factis inducta, spectanda est, quæ attentâ fidelis fragilitate, periculum ruinæ ei offert. Adde; tunc teneri fidelem recedere, ne amans periculum pereat, in illo: & consequenter tunc diceret infidelis nolle habitare. Hæc ille.

Igitur non quælibet occasio peccati mortalis repugnat pacificæ cohabitationi, sed requiritur occasio proxima, id est, talis occasio, quam oportet fugere, nisi quis mortaliter velit peccare.

Ex quo videtur consequens: quod hodie sufficiat ad dissolutionem vinculi matrimonialis, ut infidelis nolit se convertere ad fidem; hoc ipso enim occasionem proximam præbet fidei peccati mortalis, scilicet cohabitationis, quam hic ex præcepto Ecclesiæ debet fugere, nisi velit peccare mortaliter. Vel ergo potest inire aliud Ma-

175. Quando censetur esse peccatum mortale. Sanchez

176. Sufficit ad dissolutionem Matr. ut infidelis nolit converteri, quando cohabitatio est mortalis.

173. Sanchez a. 2. q. 1. in corpore. D. de concordia.

174. Tres casus in quibus infidelis potest dimitti.

trimonium, vel absque sua culpa, ex sola obstinatione infidelis, debet ducere vitam cœlibem. Hoc non potest dici; ergo illud debet dici.

Probatur minor; quia ratio hujus privilegii fuit, ne fidelis, coactus præcepti necessitate recedere ab infideli, nolenti vel ullo modo cohabitare, vel pacificè, compelleretur absque sua culpa vitam cœlibem traducere; & ne timore continentiae servandæ, retraherentur infideles à fide suscipienda. Quæ ratio omninò militat in præsentis eventu, ut plusquam meridianum est; ergo in eo habet locum privilegium, à Christo concessum, dissolvendi prioris Matrimonii, & alterius ineundi. Aut certè non habet locum, quando infidelis vult cohabitare cum injuria Creatoris, vel pertractione ad peccatum mortale.

Nam Apostolus I. Corinth. 7. solùm explicuit casum, quo infidelis renuit cohabitare; ex quo Ecclesia deducit alios duos casus; nimirum quando non vult cohabitare sine Dei contumelia; vel pertractione ad peccatum mortale; quia tunc verè dicitur infidelis recedere, eam solam cohabitationem amans, quæ fideli interdicta est.

At in præsentis casu eadem prorsus ratio militat; cum infidelis nolens converti, & tamen volens cohabitare, jam velit cohabitare cum pertractione ad peccatum mortale; quia pertrahit fidelem ad peccatum mortale cohabitationis. Ergo is casus non est distinctus ab illis duobus casibus, sed comprehenditur sub casu posteriori; ergo etiam comprehenditur in eo privilegio Christi, à D. Paulo explicato, quàm vis olim non fuerit comprehensus, quando cohabitatio erat licita; nec hodie comprehendatur, ubi & quando per accidens, propter majus bonum, vel aliam rationabilem causam, cessat prohibitio Ecclesiæ.

Hanc sententiam tamquam veriore[m] amplectitur Sanchez sup. disp. 74. n. 9. & Alii complures ab ipso citati; & nobis omninò placet, quidquid Alii à Sanchio n. 8. citati dixerint; quia nihil afferunt, quod ex jam dictis haud manifestè sit solutum; aut solvendum.

Nam quod dicunt: post D. Pauli tempora nullam aliam hujus dissolutionis revelationem factam esse Ecclesiæ, omninò verum est. Sed quid inde? Jam ostendimus casum nostrum comprehensum fuisse in revelatione, facta tempore D. Pauli; quàm vis non pro illo tempore, quando adhuc cohabitatio licita erat. Nulla ergo hic mutatio privilegii, quod fuit à principio, prout modò est, scilicet concessum pro omnibus eventibus, in quibus cohabitatio non licebat fideli absque peccato mortali. In quo ergo

facta est mutatio? In ipsa cohabitatione quæ à principio erat licita, hodie autem per præceptum Ecclesiæ, facta est illicita. Diversitas ergo non contingit ex ipsius privilegii mutatione, sed ex mutatione præcepti.

Sicut olim Matrimonium sine Parocho & testibus erat validum, nunc autem est irritum, non per aliquam materiam aut formam Sacramenti mutationem, ut suo loco ostendimus, sed per mutationem consensus legitimum. Semper enim tunc materia consensus legitimus: at qui olim prædictus Parocho & testibus erat legitimus, redditus est ab Ecclesia illegitimus. Sic ergo privilegium Christi immutatum perseverat, quod ab initio fuit, ut fidelis possit dicitur vere Matrimonium, quando infidelis non vult modo licito cum fidelibus cohabitare, sed facta est mutatio per Ecclesiæ præceptum circa hunc modum licitum, immo qui olim licitus erat, hodie prohibetur licitus.

Respondent Aliqui: hinc conclusionem, quæ conversus in casu propo[si]to cogere vitam cœlibem transgredere, non tam esse ab infideli, quàm ab Ecclesiæ cohabitationem prohibente; immò tantum esse (inquunt) per accidens, sicut per accidens est, quod ipsa prohibitio existat. In conclusione autem contingente per accidens, nullum est inconveniens.

Hæc tamen responsio (inquit Dicitur hic disp. 2. n. 466.) nullius momenti est; nam coactio illa in eo casu non minus proveniret ab infideli, quàm in cæteris aliis casibus; quia si ex eo dicitur, illam coactionem non provenire ab infideli, quia non cogetur ab illo recedere, nisi Ecclesiæ prohiberet cohabitationem cum infideli, etiam alioquin pacificè cohabitantes; sequeretur eodem modo posse dici, nunquam dicitur posse vinculum, quoties infidelis non solum pertraheret ad peccatum mortale, sed etiam coactus, ut peccatum mortale, v. g. etiam si conjux infidelis pertinet ad eum, non servandum, vel ad non servandum aliquid mandatum Superioris, etiam sub excommunicatione, non censeretur, juxta Adversarios, immo pertrahere ad peccatum per se, factum non per accidens, idque maximè, quando non ex intentione pertrahendi ad peccatum, sed ex alio capite ad id cogeret, quod peccatum est, propter præceptum positivum; ut si cogeret non servare jejunia, non autem cogere peccaret, sed ut minus expenderet, non parando diversos cibos pro conjuge, in tunc enim casibus illa provocatio, per accidens, juxta Adversarios, diceretur provocatio ad peccatum; quia nisi Ecclesiæ id præcepisset, aut prohibuisset, non esset peccatum ad id

13. 12. 11. 10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1.  
Sacramentum  
parson  
L. 11. 10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1.

177.  
Probatio.

Hanc sententiam amplectitur Sanchez.

178.  
Solvitur obiectio.

Nulla hodie facta est mutatio privilegii.

cere aut omittre; atque adeò nec pertractio illa conjugis eſſet pertractio ad peccatum; ſicut in caſu noſtro cohabitatio fidelis cum infideli non eſſet peccatum, niſi ab Eccleſia fuiſſet prohibita: ergo ſi in illo caſu non audebunt Adverſarii dicere, infidelem tantùm per accidens eſſe cauſam peccati in conjugē fideli, & non licere diſſolvi Matrimonium, etiam in noſtro caſu dicere non debent. Hęc ille.

Quàmvis ergo per accidens ſit, quòd Eccleſia prohibeat talem cohabitationem, ſicuti per accidens eſt, quòd præcipiat jejunium; ſemel tamen poſita prohibitione aut præcepto, non eſt per accidens, ſed omninò per ſe, quòd provocatio ad cohabitandum, aut frangendum jejunium, ſit provocatio ad peccatum, adeòque in caſu noſtro omninò per ſe eſt, quòd conjug infidelis, renuens ſe convertere, cogat ſuum conjugem fidelem, vel ad cohabitandum contra præceptum Eccleſiæ, vel ad tranſgigendam vitam cælibem, niſi privilegio Chriſti id Matrimonium poſſit diſſolvi, ac proinde in illa coactione, vocetur per ſe, vel per accidens, tantum eſt inconveniens, quantum in alia quacumque.

De cætero, docent Nonnulli, quod plus eſt, Matrimonium poſſe diſſolvi quoad vinculum, quandocumque infidelis renuit converti; tametiſi fidelis licitè poſſet ei cohabitare, ſi vellent. Pro quo

182. *In fidelis qui non vult converti cum ſua conjugē, peccat in Deo, & in legem Matr. Sanchez.*  
Nota: infidelem, qui non convertitur una cum altero conjugē, ad fidem reducto, peccare in Deum, & in legem Matrimonii. Quia juſ ipſum Divinum ſuſcipiendi Baptiſmum, quod omnes obligat, aſtringit in hoc eventu infidelem illum peculiari ratione Matrimonii. Cum enim lex Matrimonii obliget illum, ut ſequatur conjugem convertum, & ne præbeat illi juſtam divortii cauſam, obligat ſubindè, ut fidem ſuſcipiat, quod ad id neceſſarium eſt. Quare illam reſpuens, peccat adverſus generalem Dei legem, obligantem omnes ad fidem ſuſcipiendam, & adverſus ſpecielem Matrimonii legem, quæ ad id aſtringit, quò divortii cauſa vitetur. Ita Sanchez ſup. diſp. 73. n. 9.

Et n. 10. verius exiſtimat cum D. Tho. 4. diſt. 39. q. un. art. 3. ſolùm licere fideli habitare cum infideli, quando infidelis non eſt ita obſtinatus, quin aliqua converſionis ejus ſpes ſuperſit. Sicut tenetur maritus ab adultera, nolente corrigi, recedere, ne patronus ejus turpitudinis videatur. Atque ita ſimiliter tenetur fidelis recedere ab infideli ita pertinaci, ut ejus converſio deſperetur, ne videatur fidelis ejus infidelitati favere. Præterea; quia ex tali cohabitatione nullus fructus ſperatur; & ex alia parte

temper, moraliter loquendo, imminet aliquod periculum conjugi fideli ex infidelis obſtinati conſortio. His prænotatis:

Coninck hic diſp. 26. n. 61. inquit: Apoſtolus docet abſolute, ex conceſſione Chriſti poſſe fidelem diſcedere hoc ipſo, quòd alter non vult converti. Et quidem etiam in eo caſu, quo ipſe tunc ſuadebat ei cohabitationem, qui non erat alius, quàm quando infidelis volebat pacificè cohabitare alteri; eamque diſceſſionem intelligit abſolute, etiam quoad vinculum.

Probat; quia Apoſtolus non dicit, fidelem habere aliam poteſtatem diſcedendi, quando alter diſcedit; aliam verò, quando ille tantum renuit converti, ſed tantum dicit, in ſecundo caſu conſultum eſſe non diſcedere, in primo verò neceſſarium eſſe diſcedere: ergo ſi in primo caſu loquatur de ſeparatione etiam quoad vinculum, etiam in ſecundo caſu ita intelligendus erit: quia Apoſtolus non aliter diſtinguit inter utramque diſceſſionem, niſi quòd in uno caſu ſit neceſſaria, in alio diſſuadenda. Et ita intelligit Apoſtolum D. Aug. lib. 1. de Adult. conjug. c. 13. & 18. qui inter hos duos caſus non aliter, quàm ut dixi diſtinguit. Ita Bellar. lib. 1. de Matr. c. 12. ad 2. in fine.

Nec obſtat (proſequitur idem Auſtor) cap. Gaudemus, citatum; quia Pontifex ibi pro eodem ſumit, conjugem velle cohabitare, manendo in ſua infidelitate, & id velle cum contumelia Creatoris; quia velle in infidelitate permanere, Dei contumelia eſt; præſertim quòd talis vel exemplo filios ad infidelitatem facile pertrahet, vel ſaltem erit indignum, infidelem & hoſtem Dei, fidelibus liberis dominari. Undè hos duos caſus, ſcilicet infidelem velle ſe convertere, & nolle cohabitare fideli ſine injuria, aut ab ea diſcedere, ponit tamquam duo membra, adæquatè genus dividentiæ. Hucufque Coninck.

Expendamus ſingula. In primis, ſi indignum eſt, infidelem, & hoſtem Dei, fidelibus liberis dominari, quomodò rectè conſulit Apoſtolus cohabitationem, quando infidelis conſentit? An fortè idem eſt, infidelem conſentire, & velle ſe convertere? Patet quòd non; nam ſi velit ſe convertere, jam non ſolùm eſt conſilium, ſed etiam præceptum cohabitare, ſecundum Omnes, ita ut non ſolùm Matrimonium non poſſit diſſolvi quoad vinculum, ſed neque quoad thorum; ergo, ſecundum Apoſtolum, aliud eſt infidelem velle ſe convertere; aliud autem, velle habitare cum fideli. Et per conſequentem, Pontifex cap. Gaudemus, non ſumit pro eodem, conjugem velle cohabitare, manendo in ſua infidelitate, & id velle cum contumelia Creatoris.

183. *Sententia Coninck, fidelem poſſe diſcedere, quandocumque infidelis renuit converti. Probat ex Apo.*

D. Aug.

Bellar.

184.

*Solvit objectionem*

185.

*Non eſt id infidelem conſentire, & velle ſe convertere.*

Do verba Pontificis: Qui autem secundum ritum suum legitimam repudiaverit uxorem: cum tale repudium Veritas in Evangelio reprobaverit, nunquam ea vivente licite poterit aliam, etiam ad Christi fidem conversus, habere: nisi post conversionem ipsius, illa renuat cohabitare cum ipso; aut etiamsi consentiat, non tamen absque contumelia Creatoris, vel ut cum pertrahat ad peccatum mortale: in quo casu &c.

186. In cap. Gaudemus, Papa enumerat tres causas.

Ubi Gloss. verb. In quo casu, inquit, id est, in quolibet casu pramissorum trium. Ergo ibi Pontifex tres enumerat casus; Primus, si ipsa absolute renuat cohabitare cum ipso. Secundus, si consentiat cohabitare, non tamen absque contumelia Creatoris. Tertius, si consentiat cohabitare, ut cum pertrahat ad peccatum mortale. Ad quid autem specificatio istorum trium casuum, si sufficiat permanentia in infidelitate? Nam illa supponitur in istis tribus casibus; alioquin si velit se convertere, nullatenus potest dissolvi Matrimonium quoad vinculum, ut ibidem claris verbis testatur Pontifex, dicens: Quod si conversum ad fidem, & illa conversa sequatur, antequam propter causas predictas legitimam ille ducat uxorem, eam recipere compellitur. Ergo supponitur infidelitas perseverare cum predictis causis.

187. Sola perseverantia in infidelitate non sufficit.

Si itaque sola infidelitas seu perseverantia in infidelitate sufficiat, ut vult Coninck, simpliciter potuisset Pontifex dicere: Nisi permanerit in sua infidelitate. Quod cum non fecerit, signum est, non sumpsisse pro eodem, conjugem velle cohabitare, perseverando in sua infidelitate, & id velle cum contumelia Creatoris; alioquin, ut supra adhuc insinuavi, Apostolus dedisset consilium, ut fideles cohabitarent infidelibus cum injuria Creatoris; immo, secundum Multos, praeceptum. Quis porro auit dicere, Apostolum praecepisse, vel saltem consuluisse rem illicitam?

188. Probatum.

Quod autem consuluerit illam cohabitationem, ipse Coninck affirmat sup. ibi: Apostolus non dicit, fidelem habere aliam potestatem discedendi, quando alter discedit; aliam vero, quando ille tantum renuit converti; sed tantum dicit in 2. casu consultum esse non discedere &c. Et quis ille secundus casus? Quando ille tantum renuit converti. Ergo secundum Regium consulit Apostolus non discedere, quando ille tantum renuit converti; sed renuere conversionem est idem, quod velle permanere in infidelitate; & velle permanere in infidelitate, Dei contumelia est, secundum eundem Auctorem; ergo consulit Apostolus, ut fideles habitent cum infidelibus cum Dei contumelia. Censetne, quod Coninck illam Consequentiam approbaret, si vive-

ret? Et tamen manifeste sequitur ex hoc ejus doctrina. Sicut ergo nemo potest probare illam Consequentiam, ita nec illam doctrinam. Sic ego sentio, si vero meliorum.

Quid igitur consulit Apostolus? Nondimittere infidelem, qui licet velit permanere in sua infidelitate; vult tamen potius cohabitare, id est, sine contumelia Creatoris, aut pertractione ad peccatum mortale.

Et vero si solum est consilium; ergo etiam tali casu fidelis habet potestatem discedendi; non tamen eandem, quam habet quando infidelis discedit, sed longe aliam; puta dissolventi Matrimonium quoad thorum & cohabitationem, ut enim tunc cogitur ducere vivam, quae quia posset non dimittere infidelem, si vellet, sed propria sponte eam eligit, ut Christus noluit, ut tunc tunc discederet, sed tunc solum, quando infidelis discedit, id est, quando ipse discedit, non cohabitare infidelis, vel quando ipse infidelis solum potest discedere, sed tunc discedere.

Neque aliud docet D. Aug. locutione, ut patet ex fine capituli & sequentia. Tunc non expedit id, quod licitum est, quod permittitur quidem; sed usum ipsius prohibet, alius affert impedimentum salutis. Sicut est, unde jam diu loquimur, discessio fidelis conjugis ab infideli: quam non prohibet Dominus praecepto legit, quia coram illo injuria non est; sed prohibet Apostolus consilio charitatis, quia infidelibus affert impedimentum salutis: non solum, quia perniciosissimi scandalizantur offensis; verum etiam, quia in alia conjugia cum ceciderint viventibus eis, quibus dimittuntur, adulterinis nexibus ligati, difficillime vivuntur.

Adulterinis, inquam, nexibus colligantur, ergo supponit S. Doctor, Matrimonium non dissolvi quoad vinculum per illam causam, nem, alioquin viventibus eis, quibus dimittuntur, non necessario colligantur adulterinis nexibus, sed aliquando colligantur possent legitimis matrimonialibus nexibus, ut clare patebit ex infra dicendis.

Ergo S. Doctor non faverit illi sententiae, nisi in hoc tantum, quod videtur dicere, de illam dimissionem non esse prohibentem Domino; adedque nisi hic & nunc dicitur lex charitatis, vel aliud praeceptum Divinum aut humanum, licitam fore; quod dicitem fidelis dimittens possit tali causa inesse aliud Matrimonium, non invenio apud D. Aug.

Uti nec apud Bellarminum, qui licet Conjugium infidelium solvi posse, etiam quoad vinculum, si alter conjugum convertatur ad fidem, & alter nolit et cohabitare.

BIBLIOTHEK PADERBORN

tare sine injuria Creatoris, extra controver-  
siam est, &c.

Deinde objicit sibi illud Matth. 19. *Quod  
Deus conjunxit, homo non separet.* Et illud  
ibidem: *Qui dimiserit uxorem, excepta causa  
fornicationis.* Ad primum autem respondet:  
hoc Matrimonium non dirimi ab homine,  
sed à Deo, cujus interpretem habemus Apo-  
stolum Paulum.

Ad 2. dicit cum Aug. lib. 1. de Adult.  
conjug. cap. 1. & 2. Christum loqui de Ma-  
trimonio inter fideles, Paulum de Matrimo-  
nio contracto inter infideles, id quod  
Paulus ipse satis declarat. Nam cum dixit:  
*Præcipio non ego, sed Dominus &c.* sub-  
jungit: *Cæteris autem ego dico, non Domi-  
nus, si quis habet uxorem infidelem, & hæc  
consensit habitare cum illo, non dimittat illam*  
&c. Ubi per *Cæteros* (inquit Bellarm.) in-  
telligit eos, qui Matrimonium ante fidem  
contraxerunt, de quibus Dominus nihil  
præcepit: de his ergo Paulus consilium  
dat, vir ut non dimittat uxorem infidelem,  
si ea velit cohabitare sine injuria Creatoris.  
Sed quia hoc est consilium, non præcep-  
tum, ideo licet etiam dimittere uxorem in-  
fidelem, & tunc maxime, si nolit cohabita-  
re. Hæc ille.

Benè dicit: *Et tunc maxime;* quia tunc  
etiam solvitur vinculum Matrimonii; in  
priori autem casu solum cohabitatio seu  
thorus. Et verò quid clarius, quam Bellar-  
minum supponere, infidelem posse cohabita-  
re *fideli sine injuria Creatoris?* Igitur nec  
Bellarminus multum favet sententiæ Regii.

Proinde iterum dico; fidelium non posse  
dissolvere Matrimonium quoad vinculum,  
quousque potest infidelis cohabitare non so-  
lum physice, sed etiam moraliter, id est, abs-  
que peccato mortali; secus quando eò per-  
ventum fuerit, ut jam non possit sive phy-  
sice, sive moraliter, id est, absque peccato  
mortali ei cohabitare; vel quia absolute co-  
habitationem renuat, abque alia rationabi-  
li causa; vel quia nolit cohabitare sine inju-  
ria Creatoris, aut pertractione ad peccatum  
mortale.

Dico consultò: *Absque alia rationabili  
causa;* quia, ut notat Sanchez sup. disp. 74.  
n. 5. ex Abul. 1. Reg. 8. q. 55. si infidelis  
justè ac jure suo utens renuat habitare cum  
fideli: ut si infidelis sit innocens, fidelis au-  
tem adulterii reus, aut tempore infidelita-  
tis, aut post fidem receptam; nec adulterii  
illius injuria ab innocente remissa sit: tunc  
si ratione adulterii divertat infidelis, non  
poterit fidelis prius Matrimonium dissolve-  
re. Quia privilegium hoc Christi, dissol-  
vendi prius Matrimonium, concessum est  
consulendo imbecillitati tyrunculi in fide,  
ne absque culpa sua cælibem vitam traduce-

re cogatur, & timore continentia servanda  
deterreatur à fide suscipienda. At in hoc  
casu non cogitur ad continentiam, propter  
fidem susceptam; sed ob culpam adulterii,  
quâ infectus est, & cujus ratione infidelis  
justè divertit. Non est igitur cur fidelis  
possit dissolvere Matrimonium ratione fu-  
gæ infidelis. Nam sibi imputare debet,  
quòd debeat ducere cælibem vitam, & non  
infideli; qui quàmvis fidelis esset, non tene-  
retur apud ipsum manere.

Et confirmatur; quia tunc infidelis recedens  
non delinquit in Matrimonii legem; imò ipsa  
concedente divertit. Cum ergo nulla  
fideli injuria irrogetur, non conceditur  
ipsi, prius Matrimonium dirimere. Si  
tamen postea infidelis in adulterium inci-  
dat, vel adulterii injuriam fideli condonet,  
ex tunc locum habebit præcedens doctrina:  
quia jam infidelis caret jure discedendi.

Ex tunc itaque, si infidelis non revertatur,  
integrum erit converso ad alias nuptias  
transire; nullà etiam expectatâ judicis sen-  
tentia per se loquendo. Quippe, ut patet ex  
ante dictis, discessus infidelis seu contumelia  
Creatoris solvit jus Matrimonii circa eum,  
qui relinquitur. Ad quid ergo sententia ju-  
dicis? Nonne privilegium Christi apud  
Apostolum meminit sententiæ? Censetur ut  
Matrimonium ratum dissolvatur per Pro-  
fessionem solemnem Religionis, opus esse  
sententiâ judicis? Scio, quia non censeas.

Hinc Gloss. cap. *Si infidelis*, 7. 28. q. 1.  
verb. *Liberitatem*, inquit: *Nam dico, quòd  
ipso jure solvitur vinculum Matrimonii, non  
per sententiam Ecclesiæ, sed ipso jure, scilicet  
tribus casibus, in quibus contrahere potest.* Et  
cap. fin. 28. q. 2. verb. *Solvitur*: *Ecclesiæ ta-  
men debet sententiari. Sed quid si illa uxor non  
vult venire ad causam, cum non sit de foro Ec-  
clesiæ? Si potest constare Ecclesiæ, quòd non  
vult cohabitare, sententiet. Hanc Glossam non  
approbo: quia sine judicio Ecclesiæ dissolvitur  
Matrimonium.*

Idem dicit Gloss. d. cap. *Quanto*, de Di-  
vortis, verb. *Qui relinquitur*, ubi hæc lego:  
*Scilicet qui convertitur circa eum, qui relin-  
quit: quia non potest claudicare Matrimo-  
nium: sed potius dixit de eo, qui relinquitur,  
quia ille solus potest contrahere sine peccato: ille  
qui relinquit transiit ad fidem, peccat, &  
sola contumeliâ Creatoris solvitur, & non per  
Ecclesiæ. Alios Auctores pro hac sententia  
vide apud Sanchium sup. disp. 74. n. 111. Sanchez.*  
ubi & ipse tenet eam.

Dixi notanter: *Per se loquendo;* quippe  
quando casus est occultus, Matrimonium  
autem publicum, desideratur sententia; non  
ut dissolutio hujus Matrimonii, & aliud ini-  
tium firma sint, sed ut ritè & rectè id fiat,  
ob scandalum vitandum. Sicut quando ad-

Z z z z z

ulte-

Confirmatur.

195.

Non requiritur sententia judicis, ut fidelis transeat ad alias nuptias, si cetera ad-

196.

In aliquo casu requiritur sententia.

193. Fidelis non potest dissolvere vinculum quousque potest cohabitare sine peccato mortali.

194. Si infidelis nolit cohabitare, propter adulterii sententiam, non potest dissolvere vinculum. Probatur Sanchez. Abulensis.

ulterium est occultum, & ita ex divortio oriretur scandalum, exigitur sententia Ecclesie; ut divortium licite fiat; absque ea tamen validum esset; & secundum Multos, rite etiam fieret, si scandalo occurreret.

197. De cetero, quoniam hæc dissolutio prioris Matrimonii, & firmitas posterioris, pendet ex voluntate infidelis, ut ex hæcenus dictis sole meridiano clarius est; hinc oritur obligatio monendi infidelem, & inquirendi ejus voluntatem, interrogandi, inquam, an velit discedere sive physice sive moraliter, an verò physice & moraliter velit cohabitare. Quippe absque hæc monitione seu interrogatione nequit de hac ejus voluntate committere constare.

Porrò qui statuit aliquid, videtur statuerè illa, sine quibus id commodè fieri nequit. At non potest commodè sciri voluntas conjugis infidelis, nisi interrogetur. Ergo statuens Matrimonium non posse dissolvi sine prædicta voluntate infidelis, reuocantis conversionem, vel legitimam habitationem, statuit consequenter monitionem desiderari, ut hæc voluntas cognoscatur.

Hinc cap. 10. 28. q. 1. (quod desumptum est ex Tolet. 4. cap. 62.) *Judei, qui Christianas mulieres in conjugio habent, admonentur ab Episcopo civitatis ipsius, ut si cum eis permanere cupiunt, Christiani efficiantur. Quòd si admoniti noluerint, separentur.*

198. Sed quid aliudè moraliter certa est obstinatio infidelis? Respondet Sanchez sup. tunc monitio non desideratur, quòd ea monitio solum petatur, ut de infidelis pertinacia constet.

Probat præterea, ex quodam Motu proprio Pii 5. pro Indis novæ Hispaniæ concessio, ubi Pontifici propositum fuit, multos ad fidem conversos inuisse Matrimonium, relicto conjugè infideli, qui an adhuc superstes sit, eos latet, nec eum invenire possent. Et definiit Pontifex, eos in Matrimonio, post conversionem inito, persistere debere. Cujus rationem reddit Vasquez l. 2. q. 19. a. 6. disp. 66. c. 5. n. 26. dicens: Jure præsumebatur, uxores illas, quæ ab Indis inveniri non poterant, nolle habitare cum conjugibus, ad fidem conversis, aut non sine contumelia Creatoris habitare velle; ideò Pontifex judicavit, posse dissolvi primum Matrimonium, & ita conversum ad fidem, posse manere cum uxore alia. Hæc ille.

199. Non ergo (infert Sanchez) necessaria est monitio, ubi moraliter est certa obstinatio. Et ideò hujus sententiæ videtur expressè Navar. lib. 3. Confil. tit. de Convers. infid. in 1. edit. Confil. 2. n. 4. in 2. Confil. 1. n. 4. ubi ait, necessariam esse monitionem, vel aliam probationem sufficientem, per quam innotescat obstinatio infidelis. Et Henri-

quez lib. 11. de Matr. c. 8. n. 5. in Commen. lit. S. ubi ait, quando infidelis est absens & distans, satis esse aliam probationem ejus obstinationis. Ubi aperte uterque obstinationis, qualitercumque habitam. Ita Sanchez.

Ex quo inferitur (prosequitur n. 14.) obstinatio infidelis adeò distat, ut commodè respiciatur, non esse opus hac monitione. Quia, ut res modò se habent, est moraliter certum, fore, ut nolit converti, & relinquere suos, ut legitime cohabitent. Atque reprobatum est moraliter impossibile. Et constata est, quòd ex Motu proprio n. præced. allegato Heptem.

Quæ sic moderat Pontius lib. 7. c. 4. n. 22. Si, inquit, reperiri non possit, propter difficultatem viæ & itineris, cum in remotissimis versetur Regionibus, ut veniat in his, qui ex Æthiopia captivi vel servi fuerint, vel ignoratur, vel distat, adhuc nubere non potest. Quod dicit Tho. Sanchez, & alii, nisi obsequio Pontificis accedat, quæ suppletur ex annotatione, jure præscripta. Qualem dispensationem concessam à Pio 5. credendum est, cum tuit Matrimonia Indorum novæ Hispaniæ, qui ad fidem conversi cum fidelibus contraxerant, eò quòd, ubi conjuges infideles essent, ignorarent, valida esse; dispensationem certè ac supplevit monitionem, jure præscriptam.

Similem etiam dispensationem concessit Greg. 13. suis litteris, quæ nunc subijcitur: Gregorius &c. Quoniam sæpe contingit, multos utriusque sexus infideles, post contracta generalia rite Matrimonia, ex Angolâ, Æthiopia, Brasilia, & aliis Indici Regionibus, ab hostibus captos à propriis finibus & propriis conjugibus in remotissimas Regiones exterminari, ut ipsi captivi, & qui in patria remanent, sine ad fidem convertantur, conjuges autem tam longo intervallo disjunctos, ad promelia creatoris secum habitare velint, monere nequeant: vel quia interdum in his & barbaras provincias, ne nuntiari quædam cessus pateat: vel quia ignorant protervis in quibus Regionibus fuerint transiit, vel quia itineris longitudo magnam afferat difficultatem. Idcirco nos, attendentes, hujusmodi consilia inter fideles contracta, vera quidem, non tamen ita rara censeri, ut necessitate suadente, dissolvi non possint; singulis dictarum locorum Ordinariis, & Parochiis, & Presbyteris Societatis Jesu, ad Confessiones audendas ad quibus Societatis Superioribus approbatis, & ad dictas Regiones pro tempore missis, vel in illarum, concedimus facultatem dispensandi, cum quibuscumque utriusque sexus Christi fideles in locis dictarum Regionum, & servos ad fidem conversis, qui ante Baptismum Matrimonia contraxerant; ut eorum quilibet, etiam si

B. O. S. C. Sac. Matrimonii

site conjugis infidelis, & ejus consensu minime requisito; responso non expectato; Matrimonium cum quovis fidei, alias tamen rite contrahere, & in eis postea carnali copula consummatis, quoad vixerint remanere licitè valeant; dummodo constet, etiam summarie & extrajudicialiter; conjugem absentem moneri legitime non posse; aut monitum, intra tempus, eadem monitione præfixum; suam voluntatem non significasse. Quæ quidem Matrimonia, etiamsi postea innotuerit, conjuges priores infideles suam voluntatem justè impeditos declarare non potuisse, & ad fidem etiam tempore transacti secundi Matrimonii, conversos fuisse; nihilominus rescindi nunquam debent, sed valida & firma esse &c. Hactenus Greg. 13.

Et quidem (inquit Basil. sup.) si, juxta Sanchium, ea monitio necessaria non est, ad quid ergo dispensari potest: ad majorem securitatem. Et nunquid proprie dispensant? Minime, etiam secundum Pontium sup. ubi sic ait: Nec verò ex ea dispensatione colligitur, dissolutis Pontificem Matrimonium consummatum infidelium; sed cum Pontifex possit jus divinum interpretari, & ex divino privilegio dissolvatur Matrimonium in favorem fidei, cum infidelis non vult cohabitare cum fidelibus declarat Pontifex, eum casum verificari, quando tanto tempore fidelis non requiritur ab infideli, & tanta terrarum spatia impediunt; atque adeò jam tunc posse uti divinam concessionem, & ad secundas transire nuptias. Ita Basilus.

Sed nunquid Sanchius negat hanc declarationem Pontificis, aut etiam rejicit tamquam non necessariam? Quinimo, ut videmus, probat suam sententiam ex Motu proprio Pii 5. inferens ex eo, & ex ratione Vasquezii, non esse necessariam monitionem, ubi moraliter est certa obstinatio; cum isthæc interpretatio Pontificis tota fundetur in illa morali certitudine obstinationis, quæ in illis circumstantiis proderet præsumitur. Et verò ad quid, putas, necessaria est illa monitio, nisi ad explorandam obstinationem infidelis? Quando ergo illa aliunde, sive ex factis, sive ex verbis absque prævia monitione, moraliter certè constat; cessat finis legis; non solum negativè, sed etiam contrariè; quia ad minus illa monitio est actus otiosus; sicut cessat contrariè finis correctionis fraternæ, quando non est ulla spes emendationis; quia tunc illa correctio foret ad minus actus otiosus.

Omitto: nupsum illam admonitionem jure Canonico præscriptam, excepto d. cap. Judæi, 28. q. 1. ex Concl. Tolet. 4. quod fuit Concilium Provinciale, & solum loquitur de Judæis. Jus autem divinum dicitur, illam admonitionem præmittendam

esse; ne fidelis exponatur periculo, in valide transeundi ad secundas nuptias defectu privilegii, quod ait: Si discedat, discedat; cum ordinariè de illo discessu infidelis non possit constare, nisi præviâ hæc admonitione; quando ergo aliunde constat de illo discessu, jam ex vi illius privilegii, quod non meminit alicujus admonitionis, quid ni possit discedere?

Et idem dicendum videtur; quando admonitio est impossibilis, propter loci distantiam; si verum est, quod sup. dicebat Sanchez, tunc moraliter certum fore, ut nolit converti, & relinquere suos, ut legitime cohabitent.

Quare (inquit idem Auctor) audiendi non sunt Barthol. à Ledesma de Matr. dub. 56. Concluf. 6. & Vega 2. to. Sum. c. 34. cauf. 149. dicentes, quantumvis distet infidelis; & sit impossibilis monitio, eam esse necessariam. Sicut, ut conjux possit ad alias nuptias transire, est opus certitudinem haberi de prioris conjugis obitu; & dum ea non habetur, quantumcumque impossibile sit, diligentias ad eam habendam præmitti, non est licitus transitus. Quia in utroque casu idem est effectus, nempe dissolutio prioris Matrimonii.

Sed non sunt audiendi: quia valdè diversa est ratio: non enim mors prioris conjugis præsumitur, & idèd necessariè ejus certitudo præmittenda est. At, ut res modè se habent, jure præsumitur ac moraliter certa est infidelis adèd distantis obstinatio. Ita Sanchez.

Alit contra, dicit aliquis: Greg. 13. in d. literis statuit Matrimonium validum & firmum, tamen etiam tempore transacti Matrimonii infidelis fuisset conversus ad fidem; ergo videtur, quòd illa validitas non possit fundari in præsumptione obstinationis, seu obstinatione infidelis moraliter certa.

Respondeo: omnimodè fundari; quàmvis enim fieri possit, ut præsumptio careat sua veritate; equidem tanta distantia, ex qua impossibilis redditur indagatio veritatis, & admonitio infidelis, per se sufficit, ad prudenter præsumendam in omni casu obstinationem, cum casus rarissimus sit, ut quis ita absens sit conversus, aut velit converti, vel pacificè cohabitare. Judicavit porrò Pontifex, d. privilegium, à Christo concessum fuisse pro omni eo casu, quo infidelis conversus, sine sua culpa deberet ducere vitam calibem.

Sententiam Sanchii amplectitur Aversa hic q. 2. sect. 5. ubi eam pertrinit hicce verbis: Ut autem constet de infidelis obstinatione, debet is moneri, aut saltem interrogari, an velit converti. Qui si aliquod

205. Objeçtio. Barth. à Ledesma, Vega.

Solvitur.

Sanchez.

206. Instansia.

Respond.

207. Sententiam Sanchez amplectitur Aversa.

Z z z z z 2 tem

202. Non est propriè dispensatio, sed declaratio juxta in Pontium.

203. Sanchez non negat hanc declarationem.

204. Instansiam est præscripta in Conc. Provinciali.

tempus postulet ad deliberandum, debet ei concedi. Sed dum respondet, se nolle converti, tunc fidelis potest suam libertatem uti. Vel si aliunde, aut factis & operibus ipsis constat de infidelis obstinatione, id quoque sufficit.

Aur quando ipse infidelis admodum distet, vel nulla ejus notitia habeatur, adeo ut moneri & interrogari non possit, ac proinde certè præsumatur de ejus obstinatione, poterit similiter conjux conversus suam libertatem uti, ut habetur ex Constitutione quadam Pii 5. & altera Greg. 13. de Indis, qui convertebantur ad fidem.

*Expedi ut fidelis habeat testes quibus probare possit obstinationem.*

Expedi verò, ut fidelis conversus paratos habeat testes, quibus probare possit obstinationem alterius; ne fortè in foro externo aliqua ei molestia irrogetur super validitate novi Matrimonii. Non tamen requiritur judicis sententia aut decretum, ut conjux conversus possit solvere Matrimonium cum obstinato; sed id potest facere propria libertate, stante concessione Christi. Ita hic Auctor.

208.

*Ex quo facto possit constare hac obstinatione Sanchez.*

Si autem à me quaeritur; ex quo facto constare possit voluntas infidelis, ita ut non sit necessaria monitio? Respondeo cum Sanchez sup. n. 15. si infidelis transeat ad aliud Matrimonium, quamvis eo inito non dissolvatur prius. Quia non potest clarius ejus voluntas explicari, qua renuit fidelis consortium. At si uxor illa infidelis repudiata erat, & ideo alii viro nupserrat, vir prior, postea ad fidem conversus, monitionem præmittere tenetur. Quia Matrimonium illud ex necessaria repudii causa prius initum, non explicat voluntatem infidelis, renuentis legitimam cohabitationem.

Et idem credo; quando uxor illa repudiata nuberet alteri, post viri prioris conversionem. Quia cum existiment infideles, solum esse prius Matrimonium, illa ex causa necessaria repudii, & videns se à viro expelli, alias amat nuptias: quare non explicat liberam voluntatem recedendi à prioris viri consortio. Ita Sanchez.

209.

*Quid si obstinatio sit dubia?*

*An sufficiat nuntius certus ac fide dignus.*

Sed quid, si, omnibus consideratis, conjux ad fidem conversus maneat dubius de infidelis obstinatione? Non posset (inquit Sanchez sup. n. 16.) ad aliud Matrimonium transire, absque prævia monitione, quæ certior redderetur; quia tunc minimè constat de infidelis voluntate. At sufficiet nuntius certus ac fide dignus, qui per verba verisimilia deponat de conjugis infidelis obstinatione. Quippè, juxta Multorum opinionem, id sufficit, ut constet de prioris viri morte, liceatque ad aliud Matrimonium transire. Et quamvis hoc satis dubium sit, quando de probanda conjugis morte agitur; at in præsentis casu valde pla-

cet: quia adjuvat vehemens præsumptio obstinationis quorumcumque infidelium. Hæc ille.

Deinde: hic etiam adest favor fidei, pro quo æquè ac magis judicandum est, magis pro favore Matrimonii; ut docet idem Abbas sup. n. 20. ibi: Ad quartum dicitur in dubio favendum esse valori Matrimonii, nisi causa alia magis favorabilis oppositum suadeat. At hic concurrunt ex altera parte favor fidei, qui summus est, ob quem Christus hujus Matrimonii dissolutionem concessit. Ita Sanchez.

Sed quæro ego; cur ergo quando obstinatio infidelis est dubia, non possit solvi ad aliud Matrimonium transire, cum in dubio favendum sit fidei, & non valore Matrimonii? Si dixeris: quia in dubio melior est conditio possidentis; Matrimonium autem est in possessione, antequam naturali Divino; ergo conjux infidelis, cujus obstinatio est dubia, non debet transire per matrimonialiam jam acquisitam.

Responderi posset, neg. Consequenter, eò quòd favor fidei videatur prevalere possessioni, ac juri matrimoniali jam acquisito. Sed hoc est, quod quaeritur, & probari debet. Tu cogita.

Ego interim proponam aliam questionem; puta, an desideretur, Ecclesie auctoritate præfigi infidelis terminum, ut convertatur, antequam prius Matrimonium possit dissolvi?

Et quidem, non esse negandas inducias ad conversionem infidelis, supra audivimus ex Averis, & docet Sanchez sup. n. 18. si citra fraudem eas petat; quia tunc non declarat contradictionem, sed tempus deliberandi postulat. At si procrastinetur diutius, sed licebit fidei alii nuptias dari; quia videlicet tunc censetur perducias in fraudem. Hoc supplebitur.

Respondeo cum Sanchez supra, quod propositam questionem, partem negativam veriorè esse, quamvis id fieri, juxta meum & tutissimum sit: unde satis erit quæritur, cumque constat de infidelis voluntate. Quia cum hoc Matrimonium solo jure Divino dissolvatur, non est aliquod publicum ministerium necessarium.

Et ita docet Abbas cap. *Gaudemus* de Erroribus Divortii n. 15. ibi: Hostiensis dicit hoc, quòd inter fideles Matrimonium non dissolvitur, ut sup. c. prox. Inter infideles vero debet judex præfigere terminum remanenti in infidelitate, ut cohabitent fideles, quòd si noluerit, dissolvitur Matrimonium, & sic sentit, quòd ante præfixionem terminum non est Matrimonium solutum. Hoc dictum mihi non placet, licet utile sit illud à pri-

à principio servare, ut clarè appareat de voluntate infidelis: satis est enim, quòd aliis modis apparere possit, quòd nolit cum fidei habitare. Hæc ille. Et meritò, quoniam nec jure Divino apud Apostolum 1. Cor. 7. ubi privilegium istud conceditur, nec uspiam in jure Canonico illa præfixio termini invenitur præcepta.

Uti etiam nupsiam præcipitur, ut testes adhibeantur, dum infidelis monetur, quamvis sanum consilium sit; ut id fiat, juxta Gloss. d. cap. Quanto, verb. Qui relinquitur, ibi: Tamen debet adhibere testes, quòd illa non vult ei cohabitare, nè impediatur postea contrahens, sive ut hoc testentur, si forte lis postea intentetur fidei de valore novi Matrimonii. Quòd autem Gloss. non sit intelligenda de debito strictè dicto, vel inde satis colligitur, quòd nullum afforat jus præcipiens, ut testes adhibeantur.

Sed nunquid statim, atque conjux infidelis verbis aut facto declarat, sese nolle cohabitare fidei, intelligitur ipso jure solum Matrimonium? Responsio erit

CONCLUSIO V.

Matrimonium infidelium consummatum non solvitur quoad vinculum susceptioe Baptismis; sed novo Matrimonio partis fidelis.

Non eo ipso, quòd alter ex conjugibus infidelibus ad fidem convertitur, altero manente in infidelitate, dissolvi conjugium, est de fide ex Apostolo 1. Cor. 7. vers. 12. Nam ceteris ego dico, non Dominus. Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam. Et si qua mulier fidelis habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa non dimittat virum. Ratio: spes conversionis: nam continuò subjungitur: Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem, & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem. Et infra v. 16. Unde enim scis mulier, si virum salvum facies? aut unde scis, si mulierem salvam facies?

Ubi Apostolus præcipit, secundum Aliquos; aut, secundum Alios, saltem consulit cohabitationem fidelis conjugis cum infidei, quando est spes conversionis, ut vidimus Concluf. præcedenti, quam cohabitationem nullatenus posset præcipere, aut saltem consulere, si per conversionem unius hoc ipso vinculum Matrimonii foret dissolutum, ut clarum est.

Quod probè sciens Innoc. 3. cap. Gaude-

mu, 8. de Divortii, ait: Fideles hujusmodi (intelligit Paganos conversos ab infidelitate) matrimonialiter copulari liberè possunt, & licet remanere conjuncti, cum per Sacramentum Baptismi non solvantur conjugia, sed crimina dimittantur.

Idem dicitur in Concil. Meldensi c. 1. & refertur cap. 1. 28. q. 2. Si quis habuerit uxorem virginem ante Baptismum, vivente illa, post Baptismum alteram habere non potest. Crimina enim in Baptismo solvantur, non conjugia. Ubi Gloss. verb. Vivente, ait: Et conversa cum viro, vel non conversa, scilicet tamen cohabitare volente.

Et ratio est; quia Matrimonium illud ante Baptismum erat validum jure naturæ, ut patet ex d. cap. Gaudemus, ibi: Super quo taliter respondemus, quòd cum Sacramentum conjugii apud fideles & infideles existat & c. jam autem fides vel Baptismus non mutat jura naturæ.

Quinimo, dicit aliquis, profus mutat: quippe Matrimonium illud infidelium jure naturæ erat indissolubile, per fidem autem vel Baptismum fit dissolubile, ut patet ex præcedenti Concluf.

Respondeo: fit dissolubile præcisè per fidem vel Baptismum, nego: sed fit dissolubile per privilegium Christi, quo conceditur baptizato facultas dissolvendi prius Matrimonium, si infidelis discedat, juxta illud Apostoli sup. v. 15. Quòd si infidelis discedit, discedat &c. ergo ultra baptismum requiritur discessus infidelis.

Sed nec hic discessus sufficit, ut Matrimonium censeatur ipso jure dissolutum. Quid ergo? Requiritur præterea novum Matrimonium partis fidelis, ut habet ultima pars Conclusionis, quam docet Sanchez sup. disput. 75. n. 4.

Audiamus Innoc. 3. d. cap. Gaudemus. Quòd si, inquit, conversum ad fidem, & illa conversa sequatur, antequam propter causas prædictas (puta, quia illa renuit habitare cum ipso, aut etiamsi consentiat, non tamen absque contumelia creatoris, vel ut eum pertrahat ad peccatum mortale) legitimum ille ducat uxorem, eam recipere compellitur.

Ubi Gloss. verb. Compellatur, sic discurrit de hac controversia: Ex hoc videtur, quòd consumelia creatoris non solvit jus Matrimonii ipso jure: aliàs si solum fuisset jus Matrimonii, non compelleretur eam recipere. Joannes dicit, quòd ipso jure solum est Matrimonium contumelia creatoris, eà nolente viro cohabitare, sup. eod. cap. pro: licet Matrimonium sit solum, tamen restituitur quasi jure postliminii, arg. 34. q. 2. Cum per bellicam.

Sicut hæretico reverso restituuntur alia bona. Cod. de Hæret. Autbent. Idem est de Nestorianis

Et cap. 8. de Divort.

Item ex Cõcil. Meld. c. 1.

Probatur ex ratiõne.

216. Objeçtio.

Solvitur.

Sanchez.

217. Probatur ultima pars Concluf. ex cap. 8. de Divort.

213. Non est præcipuum adhibere testes.

214. Concluf. probatur ex Apost. 1. Cor. 7.

215.

fine. Secundum (quod facit difficultatem) est; quia cum Matrimonium essentialiter includat indissolubilitatem, quomodo infidelis contrahit Matrimonium? cum illud sit dissolubile, si postea alter conjugum convertatur ad fidem sine altero; potest enim tunc discedere: & istam rationem ponit Mag. in litera dicens: Matrimonium illud non esse ratum, licet legitimum.

Ad hanc autem difficultatem respondet: sufficere ad hoc, ut sit verum Matrimonium, quod possit dissolvi, nisi superveniat aliquid fortius vinculum, cum quo non possit stare illud. An autem statim solvatur vinculum Matrimonii, superveniente alio fortiori vinculo, hoc, sicut dixi, ibi non disputat; & ad intentum ipsius satis est, ut obligatio nova ad Deum per fidei susceptionem, sit radix dissolubilitatis; id est, ut propter eam fidelis possit prius vinculum dissolvere, quando alter conjux nollet commorari absque impedimento illius fidei.

230. Explicatur Scotus.

Quod ergo dicit, cum fortiori illo vinculo non posse stare vinculum Matrimonii; non sic intelligas velim, quasi physicè illa vincula repugnarent, ita ut nullatenus simul possent subsistere; sed tantum, quod moraliter repugnent, id est, non possint simul stare absque peccato, aut certè gravissimo incommodo fidelis, puta perpetuo cœlibato, propter quod incommodum evitandum, Christus soli fideli concessit potestatem, Matrimonium prius dissolvendi. Unde non dicit Scotus sup. n. 3. Cum illud sit dissolutum, si postea alter conjugum convertatur ad fidem &c. sed: Cum illud sit dissolubile. Igitur quæ fuerit mens Scoti de hac controversia non constet, quoniam de ea non egit.

231. Quid senserit Doct. Angelicus.

Quid senserit Doct. Angelicus, constat ex 4. dist. 39. q. 1. art. 5. ad 2. Dicendum, inquit, quod crimen uxoris nolentis cohabitare sine contumelia Creatoris, absolvit virum à servitute, quæ tenebatur uxori, ut non possit eam vivente aliam ducere, sed nondum solvit Matrimonium: quia si blasphemà illa converteretur, antequam illud Matrimonium contraheret, redderetur ei vir suus: sed solvitur per Matrimonium sequens, ad quod pervenire non possit vir fidelis, non solutus à servitute uxoris per culpam ejus.

Quid D. Bonavent.

Pro eadem sententia citatur communiter Doct. Seraphicus ibidem art. 2. q. 2. in fine: quàmvis (inquit Pontius sup. n. 17.) hic Auctor ambigua utatur oratione. En oratio hujus Auctoris. Unde satis rationabiliter potest dici, quod vinculum illud non omnino solvitur statim cum mulier discedit, sed cum vir alligatur alii fideli vinculo inseparabiliter: tunc enim fortius vinculum solvit minus: & si prius esset aliquo modo solutum, ex tunc perfectè solutum est, nullo vinculo persistente. Nunquid hæc oratio ambigua?

Igitur secundum D. Bonavent. licet vinculum illud aliquo modo sit solutum, statim liberatur ab obligatione & effectu istius vinculi, puta cohabitatione & redditione debiti, & potest statim inire aliud Matrimonium; equidem perfectè solum solvitur, dum aliud contrahitur Matrimonium, nullo vinculo persistente, etiam in ipso instanti, qui contracto alio Matrimonio per fidem, jam liber est à cohabitatione & redditione debiti, ad quæ antea obligabatur vi Matrimonii prioris.

Immo & ipse fidelis adhuc solvitur aliquo vinculo seu obligatione, propter quod te ex vi prioris Matrimonii, scilicet continetur in fidelem, si & ipse ad fidem convertatur, juxta illud Innoc. 3. d. cap. Gaudemus: Quod si conversum ad fidem, & illa conversa sequatur, antequam prius conjugum prædictas legitimam ille causa uxorem accipere compelleretur. Utique, quia novum perfectè solum prius Matrimonium, persistente adhuc vinculo subsistat.

Manifestè (inquit Abulens. sup. n. 11.) intendit illius c. Gaudemus, est; quod teneat Matrimonium inter fidelem & infidelem, non obstante contumelia Creatoris, quousque transeat fidelis ad alia vota legitimè: quamdium autem non transtiverit, quia non est dissolutum Matrimonium, licet justè vir recesserit ab uxore, & illa privata est jure cohabitandi; restituitur ei vir, illo impedimento priori ablato; cum teneat Matrimonium, ex quo competit jus cohabitandi; & hoc signatur, in quantum dicitur: Eam recipere compelleretur; quia non dicitur; Compelleretur eam accipere, quod significat, de novo contrahere.

Sic innuitur extra de Frigid. & mact. 2. cap. Accepisti, scilicet: Accepisti mulierem, & per aliquod tempus habuisti. Sic innuitur sumitur Deuter. 24. cap. Scilicet: Si cepertit homo uxorem, & habuerit in ea, si contraxerit cum ea Matrimonium, non nuerit eam in domo cohabitando; recipere autem significat reducere, scilicet quantum ad cohabitationem, & potest deunt ad cohabitandum. Sic accipitur Divort. cap. De illa, ubi dicitur: In iudicio Ecclesie separata est à viro, licet hæresim, si ille revertatur, non cogitur mulier illum recipere. Et tamen ibi certum est, quod manet vinculum Matrimonii, cum illa non possit transire ad aliud Matrimonium, eod. tit. cap. Quanto. Ita ergo hinc dicitur: Eam recipere compelleretur, id est, non de novo in uxorem accipere, sed ad cohabitationem recipere, cum maneat adhuc Matrimonium. Hactenus Abul.

B. O. S. C. Sacramentum Matrimonii

Itaque, ut pergamus ad alias difficultates, quod hic solvit prius Matrimonium quoad vinculum substantiale, non est præcisè Baptismus, neque contumelia Creatoris, etiam elapso termino, ab Ecclesia concessio infideli, quo ad fidem convertatur, & pacificè cohabitabit; sed secundæ nuptiæ partis fidelis eo tempore, quo altera pars remanet obstinata, nolens pacificè cohabitare.

Rogas: ad quid ergo præfixio illa termini auctoritate Ecclesiæ? Respondeo: eam minimè dirimere prius Matrimonium termino elapso, ut quidam peperam volunt; sed solum ostendere jus dirimendi competens fideli, ut tantò securius, habitâ plenâ cognitione obstinationis infidelis, ad alias nuptias transeat.

Dico: Competens fideli: quia nullum omninò jus competit infideli; neque enim dixit Apostolus: Si fidelis discedit, discedat infidelis; sed: Si infidelis discedit, discedat fidelis; ergo ex privilegio Christi fidelis habet potestatem discedendi, id est, dissolvendi vinculum Matrimonii, & non infidelis.

Hinc si ante Matrimonium à fideli contractum, infidelis transeat ad alias nuptias, nil valet quod factum fuerit, ut superius adhuc insinuavi; ac proinde si postmodum convertatur ad fidem, restitendus est conjugii prius converso, si hic restitutionem postulerit.

Si infidelis (inquit Abul. sup. q. 36.) nolens cohabitare fideli converso, statim contrahat Matrimonium, antequam contrahat fidelis; dicendum, quod non tenet Matrimonium ab eo contractum, & peccat; quia adhuc non est solutum præcedens Matrimonium cum fideli converso. Hæc ille. Quem sequitur Sanchez sup. n. 6. & 7. contra Palacios 4. dist. 39. disp. un. ad finem vers. Admonendus, ubi ait, dissolvi Matrimonium, quando vel fidelis, vel quando infidelis transit ad aliud Matrimonium. Sed non est audiendus, ut patet ex antedictis.

Quid ergo (inquis) si infidelis convertatur ad fidem ante secundum Matrimonium, à fideli initum? Respondeo: hoc ipso fidelem non posse ad aliud Matrimonium transire; estò etiam infidelis ante suam conversionem fuisset fornicatus; sed prius Matrimonium absque novo consensu tenet, sicut ante discessionem infidelis tenebat; quia nondum dissolutum fuerat, & jam cessavit infidelis pertinacia, quæ sola facultatem illius Matrimonii dissolvendi præbebat. Interim propter istud adulterium poterit eum expellere à cohabitatione.

Ita docet Sanchez sup. n. 8. & 9. post

Abul. sup. q. 55. & 117. ac manifestè patet ex d. cap. Gaudemus, ibi: Quod si conversum &c. ut sup. Quamvis quoque secundum Evangelicam veritatem, qui duxerit dimissam machetur; non tamen dimissor poterit obijcere fornicationem dimissæ pro eo, quod nuptiis alii post repudium, nisi alias fuerit fornicata. Ergo si aliàs, sive ante Baptismum, sive post Baptismum, fuerit fornicata; poterit fidelis, primò conversus, infideli posterius converso, eam fornicationem obijcere, id est, propter eam divorcium celebrare quoad thorum & cohabitationem.

Sed qualiter (interrogat Gloss. ibi verb. Poterit obijcere) possit ei obijcere fornicationem, ante Baptismum commissam, cum omnino peccatum, & sequela peccati in Baptismo deleatur, 26. dist. Deinde, & 32. q. 1. Quod autem dicas, quod omne crimen tollitur in Baptismo, quoad Deum, & quodcumque & qualitercumque contraxit ante vel adulterando seu fornicando; sed quatenus illa fornicatio respiciebat virum, non tollitur in Baptismo; quia illud crimen non tam virum, quam uxorem commaculat, 32. q. 1. In conjugio: & sic jus, quod competeat virò ex sola fornicatione, remanet ei salvum, & sic potest excipere contra illam. Sic etiam per penitentiam tollitur crimen, quod mulier contraxit fornicando quoad Deum; & tamen post quantumcumque penitentiam, potest maritus eam accusare, 33. q. 2. Admonere. Nec etiam eam recipere compellitur post penitentiam, sup. de Cæciv. conjug. Gaudemus. Iniquum enim esset, quod Baptismus tolleret beneficium alicui competens, sicut in libertate. Delictum enim, quod commissit quis in se, per libertatem tollitur; sed delictum, quod commissit in alium, non tollitur, ff. de His qui no. infam. l. pen. & l. Athletas, §. Pomponius. Vel expone quod dicitur: Nisi aliàs fuerit fornicata: scilicet aliàs; id est, in alio tempore post Baptismum. Sed prius verius est. Ergo, secundum hanc Gloss. verius est, fidelem primò conversum, infideli posterius converso posse obijcere fornicationem, etiam ante Baptismum commissam.

Atque idem jus competit infideli posterius converso, aut manente in sua infidelitate, si fortè conjux, primò conversus, ante vel post Baptismum fuerit fornicatus. Est enim par ratio, ut patet. Ac proinde nisi infidelis remiserit fideli injuriam, sibi factam per istam fornicationem, hic nullum habet jus transeundi ad secundas nuptias, estò infidelis discedat; quia nullum habet jus, ut infidelis apud ipsum remaneat; si ergo debeat manere cælebs, sibi ipsi imputet, non infideli, qui est converteretur ad fidem, possit nolle ipsi cohabitare, ut superius adhuc diximus.

A a a a a

Alia

Quid si ante conversionem fuerit fornicatus, Sanchez. Abul. C. 8. de Divort.

238. Quomodo possit ei obijcere illam fornicationem.

239. Si fidelis fuerit fornicatus, non habet jus transeundi ad alias nuptias.

235. Ad quid fornicatio hic præfixio termino per Ecclesiam.  
236. Si infidelis convertatur ante fidem, non valet.  
Abulensis.  
Sanchez. Palacios.  
237. Quid si infidelis convertatur ad fidem ante Matr.

rianis. Et licet non sit Matrimonium inter eos; tamen eam recipere compellitur ex consequentia prioris Matrimonii in favorem fidei. Alii dicunt; quod Matrimonium ipso jure non solvitur; sed jus Matrimonii solvitur, id est, jus petendi debitum; & hoc satis videtur dicere littera supra cap. prox. ibi: Contumelia Creatoris solvit jus Matrimonii; & tunc verè primò solvitur Matrimonium; quando contrahit eam secunda, & non ante: quia si esset ex toto solutum; non compelleretur eam recipere. Et est arg. ad hoc; quod dicit in fine, quod potest ei obijcere fornicationem: quia si ex toto & omnino solutum esset Matrimonium, non posset ei obijcere fornicationem precedentem, sup. de Jurejur. Quemadmodum. Sola enim fornicatio, tempore legitimi Matrimonii admissa, obijci potest ad divortium; ut potè; quæ sola Matrimonio injuriam irrogat.

igitur tamen si Omnes admittant, prius Matrimonium non dissolvi, prædisè sulceptione fidei seu Baptismi; equidem docent Aliqui, quos citat Sanchez sup. n. 2. statim dissolvi Matrimonium; infideli nolente fidei cohabitare, sive discedente, non expectato transitu fidelis ad aliud Matrimonium; tum juxta illud Ambrosii, Contumelia Creatoris solvit jus Matrimonii. Tum juxta hos versus, qui communiter circumferuntur & recitantur à Gloss. d. cap. Quanto, verb. Contumelia. Desere spernentem, vel blasphemare volentem, Vel re credentem scelus ad mortale trahentem. Nam sumi absque mora, sic vincula rupa priora. Tum denique; quia posterius Matrimonium iniri, priori permanente, non potest: ergo prius Matrimonium dissolvitur, antequam secundum ineatur.

Hinc Gloss. sup. verb. Qui relinquitur: Et statim, inquit, solvitur, quamvis non vult cohabitare, secundum modum, qui traditur inf. eod. cap. prox. ad finem; & pervenit ad notitiam alterius: tamen debet adhibere testes, quod illa non vult ei cohabitare, ne impediatur postea contrahens; si autem antequam contrahat cum alia, convertiatur ad fidem, vir ipsam recipere tenetur, inf. cap. prox. § ult. & videtur novum Matrimonium, ut ibi dicitur. Item Gloss. cap. 2. 28. q. 2. verb. Jus, eandem docet sententiam, dicens: Id est, vinculum. Sed tunc demum solum, cum contrahit relicto; arg. extra de Divortiiis, Gaudemus, in fin. Imò etiam prius credo solutum. Sed si alter revertitur ad fidem, antequam alter duxerit uxorem, restituitur vinculum Matrimonii quasi jure postliminii.

Respondet Sanchez sup. n. 4. Non est restitutio, ubi nullum jus competit ei, cui restitutio facienda est. At semel dissoluto

Matrimonio, nullum jus competit restituti denuò converso, ad quod restituitur. Præterea; jus postliminii tunc habet locum, quando quisquam existimabatur per amississe, quod verè non amiserat; ac restituitur, si aliquæ res ejus ad alium pervenerat, & redduntur. Atque idèd cap. Cum per fidem 34. q. 3. restituitur uxor secundo nuptiis priori viro, quem defunctum falso putaverat, quòd verè inter illos supererat Matrimonium. At in nostro casu nullum superest jus conjugii infideli, supposito nuptiis Matrimonii dissolutione. Non ergo habet locum jus postliminii. Hæc ille, post Abbatis sem. 1. Reg. 8. q. 118.

Ad aliud, quod sup. dicitur Gloss. Est nec non sit Matrimonium inter eos, tamen eam recipere compellitur ex consequentia prioris Matrimonii in favorem fidei: Respondet Sanchez; quòd nullum ad Matrimonium cum persona determinata competat, nisi vel ex propria promissione, cap. Exteris; 2. de Sponsalibus; vel ex dote, ut quia virgine deflorata in viam, cap. 1. de Adult. Atque ita Doctores eo cap. 1. cuncti; illum casum esse specialem. Imò nec tunc præcisè compellitur; sed casu copulato deflorans non vult dotem deflorate constitutuere; ut constat ex cap. 2. de Adult. Cum ergo in hoc evenit nullum sit fidelis delictum; nullaque promissio super sit dissolutione prioris Matrimonii, non est cur compellatur.

Nec rationi consonat, ex consequentia prioris Matrimonii, in fidei favorem compulsionem hanc statui. Cum scilicet prius Matrimonium omnino desierit, & jam nihil sit, nullum jus, & consequentia ipsius superesse possunt. Sicut quia morte dissoluti Matrimonii; aut si sit ratum, Pœnitentia Religionis; si mortuus relinqueret, cum Monacho, prius desponsato, convertitur in Voto solemini, nullum jam Matrimonii jam dissoluti superesse debere esset hæc; priori uxore relicta, alias nuptias transire.

Et confirmatur; quia licet favor sit multus sit; non tamen est tantus, ut cogat conjugem, admittere ad consortium conjugale alterum, qui ante conversationem ad eam, adulterium admisit; cap. Gaudemus de Divortiiis, in fine. Ergo multo minus faciet, ut cogat recipere eum; qui conjugem legitimum non est. Minus quippe est recipere verum conjugem, quam novo Matrimonio copulari. Hucusque Sanchez profert, & nostra doctrina, post Abulentem sup. Etiam præterea probat; quia si solutum esset prius Matrimonium, fidelis & infidelis illi coeuntes rei essent fornicationis: & in tali fidelis statim aliud iniret Matrimonium.

B. O. S. SACRAMENTUM MATRIMONII

antequam fidelis ad aliud transiret, esset validum. Quæ nullus admittet.

Nec valet, si dicas: solum esse prius Matrimonium ex parte solius fidelis, qui relinquatur. Quia Matrimonii vinculum claudicare nequit, & ita ex parte utriusque, vel neutrius solum esse debet. Hæc ille. Tamen claudicare possit Matrimonium quoad effectum & obligationem, ut videre est in conjugate adultero, qui non liberatur à vinculo & obligatione cohabitandi, eum tamen alter innocens liberetur ab ea cohabitatione.

posterius, nisi dissoluto priori; ac proinde prius Matrimonium non perseverare in eo instanti, in quo posterius perficitur; perseverare tamen usque ad illud instans exclusivè, ita, ut quando sit verum dicere: *Nunc existit primum Matrimonium posterius, & immediate antea non erat*, sit etiam verum dicere: *Nunc primum non est prius Matrimonium, & immediate antea erat*.

Atque hoc commune est etiam in rebus physicis, quando una forma in instanti inducitur primum in materiam, & ad ejus ingressum excluditur alia repugnans. In quo nullum est inconveniens. Sic etiam Professio solemniter dissolvit Matrimonium ratum, & tale vinculum perseverat usque ad instans exclusivè, in quo primum est verum dicere: *Nunc est facta Professio, immediate antea non fuit*; tunc enim etiam est verum dicere: *Nunc non est Matrimonium, immediate antea fuit*. Hæc ille.

At verò Sanchez sup. n. 12. Ad 3. inquit, dicitur esse prius naturâ dissolvi prius Matrimonium in genere causæ materialis, in quantum ea dissolutio est dispositio, requisita ad valorem posterioris Matrimonii: ac posterius naturâ in genere causæ efficientis, quatenus illa dissolutio est posterioris Matrimonii effectus. Sicut contingit in generatione unius, & expulsionemque formæ contrariæ. Ita Sanchez. Quæ est eadem responsio cum priori, excepto, quod orator aliis terminis sufficit, ut nullo instanti temporis verum sit dicere: *Utrumque Matrimonium simul est validum*. Et ecce tota sunt omnia argumenta, quibus aliqui conantur probare, dissolvi Matrimonium, non expectatò transitu fidelis ad aliud Matrimonium. Qui autem illi sint, videre poteris ad Sanchium sup. num. 227.

In eamque sententiam (inquit Pontius lib. 7. c. 48. n. 16.) videtur inclinare Scotus 4. distinct. 39. a. 1. in solutione dubii. Hæc sunt verba Scoti n. 4. in fine. *Ad secundum, rata erant. (Matrimonia infidelium) nisi superveniret aliquod fortius vinculum, cum quo non posset stare istud: cuiusmodi est obligatio nova ad Deum per fidei susceptionem, quando alter conjux nollet commorari absque impedimento illius fidei, ad quam magis tenetur, quam ad vinculum conjugale. Est igitur ratum stantibus eisdem conditionibus extremorum: sed non ratum pro tunc, pro quando fortius vinculum superveniret, cui observantia istius vinculi repugnaret.*

Respondet: Scotus hoc loco non tractat præsentem controversiam; sed querit dumtaxat, quomodo infideles contrahant verum Matrimonium, quandoquidem sit dissolubile, si postea alter conjugum convertatur ad fidem sine altero. Sic quippe ait n. 3. in fine.

224. Quomodo convertatur Creatoris solus in Matrimonium.

225. Quomodo solus talis casu non sit solutus.

226. Quomodo possit solvi prius Matrimonium per contrahendum, et Dissolvi.

227. Consonat Sanchez.

228. Pontius putat Scotum iis consentire.

229. An ita sit.

240. *Infidelis jã conversus non potest expelli, propter actus infidelitatis.*  
 Alia quæstio est: an conjux, primò conversus, possit infidelem, jam conversum, expellere à cohabitatione, propter actus infidelitatis, quos exercuit intermedio tempore? Aliqui affirmant, ducti similitudine fornicationis carnalis, ob quam neuter conjux adulter potest divortium celebrare; at si post alterius emendam, relabatur alter in adulterium, potest emendatus divertere.

Sanchez. Sed adversus hos (inquit Sanchez sup. n. 11.) est apertè textus c. *Gaudemus*, in fine, de Divortii, decidens, teneri fidelem ad admittendum infidelem, qui præteritæ pertinaciæ poenitentia ductus, reducitur ad fidem ante transitum ipsius fidelis ad alias nuptias. At is infidelis, actus infidelitatis exercuit post alterius conversionem. Quia nolle converti, nec habitare sine Creatoris contumelia, sunt actus infidelitatis, & moraliter etiam est certum, fore ut medio illo tempore, infidelis pertinax versetur in Deorum cultu & aliis suæ Sectæ ceremoniis: eò vel maximè, quòd textus minimè præscribat tempus, quo infidelis, post prioris conversionem ad fidem, redire debeat, ut necessariò à fideli admittendus sit; sed generaliter admittendum esse decernat, quoties convertitur ante transitum fidelis ad secundas nuptias. Hæc ille.

241. *Triplicis est hic fornicatio ex Abulensi.*  
 Pro responsione autem ad fundamentum contrarium, notat Abulensis supra q. 69. fornicationem in presenti tripliciter accipi. Est fornicatio (inquit) carnalis per commixtionem illegitimam. Est fornicatio infidelitatis, quando uno conjuge converso ad fidem, alius manet in infidelitate. Et est fornicatio apostasiæ, quando ambo conjuges sunt fideles, & alter eorum transit ad hæresim, vel ad errorem paganismi. Et in his, quantum ad legem Matrimonii, non fit uno modo; sed reputatur gravior fornicatio carnalis, minùs gravis fornicatio apostasiæ; & adhuc minùs gravis fornicatio infidelitatis.

242. *Minima est fornicatio infidelitatis.*  
 Rogas, in quo consistat illa adhuc minor gravitas? Respondet hic Auctor: Fornicatio infidelitatis non impedit, nisi quamdiu quis in illa manet, & non post; & in hoc est ista minor aliis duabus; quia aliæ ambæ post plenam emendationem repellunt à cohabitatione, secundum modum supra positum, & ista non repellit post emendationem. Ita Abulensis.

Non valet igitur hic argum. ab una ad aliã.  
 Igitur non valet hic argumentum à fornicatione carnali, ad fornicationem infidelitatis; nam ratione illius divortium perpetuum conceditur: at ratione hujus solum temporale, quamdiu illa durat. De quo plura sequenti parte hujus Operis, ubi de Divortio.

243. *Impresentiãrum adhuc unam propono*

quæstionem. Fidelis legitime ad aliud Matrimonium transit, solvit hoc Matrimonium per mortem alterius conjugis; tunc quid tenetur admittere in consortium conjugale priorem conjugem infidelem, si tunc ad fidem reducatur?

Dicit Innocentius (auditis verba Abulensis sup. q. 117.) extra de Divort. cap. *Quanto*; quòd si transivit iste vir ad aliud Matrimonium; non cogitur recipere alteram, quæ convertitur; & tamen mortuam secundà uxore; cogitur recipere primam, scilicet, si tunc, quando convertitur infidelis uxor, esset jam mortua intersecunda quam acceperat vir conversus ad fidem. Et ipse vult hoc accipi ex *h. ult. cap. Gaudemus*.

Sed ego valde miror de *Separat. Innocentii*, qui profecto fuit vir animus ipse risperitia abundans; quis non sciamus, quòd contradicit juri; sed eum non videtur sibi contradicere patet, quia ipse testatur cap. *Quanto*, de Divort. quòd contentum Creatoris solvit jus Matrimonii ipso jure, etiam sine judicio Ecclesiæ, ergo cum Matrimonium esse deserit, necesse est, quòd si illam mulierem accipiat, quòd de novo contrahatur Matrimonium; & tamen nullus cogitur ad noviter contrahendum Matrimonium cum aliqua, ut ostensum est; ergo non cogitur istam accipere postea. Etiam, quia ipsemet Innoc. extra de Adult. c. *Si seduxerit*, tenet, quòd ibi est casus specialis, quòd aliquis cogitur contrahere Matr. & ita non cogitur hic contrahere.

Etiam apparet, quòd juri repugnet, nam dato, quòd non dissolveretur Matrimonium ipso jure, sed accipiendo aliam uxorem, esset jam solum, idèò, si mortuam cundà uxore, cum qua fuit verum Matrimonium, teneretur ad illam redire, si convertitur ad fidem, cogitur quòd non vo contrahere cum illa, cum quæ nullum præcedebat.

Etiam manifestè videtur repugnare, nam in allegato cap. *Gaudemus*, *h. ult. littera: Quòd si conversum ad fidem, & conversam sequatur, antequam propriam prædictas legitimam ille ducat uxorem, accipere compellitur.* Ergo si jam ille accipiat aliam uxorem, non compellitur & mortuam dato, quòd tempore conversionis uxoris primæ, erat defuncta secunda uxor, ipsa acceperat iste uxorem legitimam, ergo non compellitur accipere primam, cum quæ nullum vinculum manet. Ut ostendit Abul. Cujus sententiæ accedit Sanchez sup. n. 10. & nos libenter accedimus.

Ceterum, juxta nostra principia, si fidelis conversus, antequam contrahat secundum Matrimonium fornicetur, peccat veniale peccato adulterii; quia reverà Matrimonium

B O N O S C  
 Sacramentum  
 Pars V  
 De Matrimonio

nium prius non erat dissolutum, & per consequens infidelis, quamvis non haberet jus exigendi debitum, propter divortium legitime celebratum; semper tamen retinuit jus, quod ante divortium habebat, ne conjux fidelis posset alteri dare usum sui corporis extra novum statum conjugalem.

Jam autem, ut supponitur, fornicatus fuit, sive cognovit non suam, quod in conjugato est peccatum adulterii, quamvis, si voluisset, potuisset eam accipere in uxorem, & ita nullatenus peccare.

247. Ex hoc oritur difficultas non parva, an si ex illo adulterio concubitu concipiatur & nascatur filius, is legitime per subsequens Matrimonium. Ratio dubitandi pro parte negativa est (inquit Dicastillo disp. 2. num. 492.) quia ille est filius adulterii, ut patet ex dictis, & adulterius non legitimitur per subsequens Matrimonium, ut suppono ex recepta doctrina. Pro parte vero affirmativa ratio est; quia tunc aliquis censetur legitimabilis per subsequentes nuptias inter parentes, quando tempore vel nativitate vel conceptionis poterat esse Matrimonium legitimum inter illos, poterat autem in presenti casu.

248. Utriusque rationis dubitandi fundamentum præbet cap. *Tanta*, 6. Qui filii sint legit. Ubi principio dixit Alex. Papa 3. *Tanta est vis Matrimonii, ut qui antea sunt geniti, post contractum Matrimonium legitimi habeantur.* Quod, ut dicebam, locum habet, quando proles fuit suscepta à parentibus habilibus ad contrahendum Matrimonium, ut ex eo textu, & aliis supponit cum Multis, & docet Sanchez lib. 3. de Matr. disp. 44. in principio, & nos aliquid cum Molina & Aliis diximus in nostro opere de Justitia & Jure lib. 2. tract. 19. disp. 1. n. 331. ex quibus videtur probari pars, affirmans esse prolem legitimam.

In eodem verò cap. subjungitur: *Si autem vir, vivente uxore sua, aliam cognoverit, & ex ea prolem susceperit; licet post mortem uxoris eandem duxerit, nihilominus spurius erit filius.* In nostro autem casu verum est, quod vivente uxore, quæ adhuc existit uxor, donec dissolvatur vinculum, aliam cognovit, & ex ea natus sit filius; ergo spurius erit. Ita Dicastillo disputat pro utraque parte.

249. Rogas; cui parti subscribas? In hac re, inquit, nihil video ab Auctoribus dictum, & mihi videtur problematice posse alterutrum defendi. Aliquid simile potest afferri in filiis parentum, habentium votum castitatis, ut Equites S. Jacobi habent; & est probabile, quod filii sic suscepti, sint naturales quoad hoc; quia votum illud castitatis conjugalis non impedit Matrimonium

inter parentes; sicut nec Matrimonium in nostro casu dissolubile, impedit aliud subsequens. Hæc ille.

Sed quid mirum, si in hoc simili filii sint naturales, quandoquidem verba d. cap. *Tanta*, nullatenus eos concernant: *Si autem vir vivente uxore sua &c.* Planè autem hæc verba verificantur in nostro casu. Undè non satis video, quo solido fundamento pars affirmans possit sustineri. Estò enim verba illa: *Tanta est vis &c.* generalia sint, & locum habeant, quando proles fuit suscepta à parentibus habilibus; equidem id intelligendum venit, nisi aliquid aliud obsteret, id est, nisi in aliquo casu particulari aliter sit constitutum; jam autem in eodem cap. oppositum statuitur: *Si vir vivente uxore sua aliam cognoverit*, qui est casus noster. Cùmque tanta turpitudine in eo appareat, ac in casu, in quo Matrimonium non est dissolubile; cur potius in uno filius erit legitimus, quam in alio? Non video sufficientem rationem, casum nostrum eximendi ab illis generalibus verbis: *Si autem vir vivente uxore &c.*

Dices: ratio est, quia in nostro casu personæ sunt habiles ad contrahendum. Respondeo: in illo jure nulla fit mentio habilitatis aut inhabilitatis ad contrahendum; sed tantum ponderat textus, quod vir vivente uxore sua aliam cognoverit, sive quod commiserit verum adulterium; in cujus poenam noluit, ut filius haberetur legitimus post contractum Matrimonium. Cùm ergo in nostro casu filius susceptus sit ex vero adulterio, ut supponitur, quid nisi spurius censeri debeat, etiam post contractum Matrimonium, & non naturalis? Quippè naturales illi sunt, qui nati sunt ex parentibus, inter quos tempore conceptionis, vel nativitate, nullum erat impedimentum dirimens: spurii autem, qui nati sunt ex parentibus, inter quos tempore conceptionis & nativitate erat impedimentum dirimens. Porro in casu nostro erat impedimentum dirimens, scilicet prius Matrim. quo nisi sublato, non poterat Matrimonium secundum valere, supponitur autem non fuisse sublato.

Dices: poterat auferri per conjugem fidelem. Respondeo: & idèò gravius peccavit, quia cùm posset legitime copulari, voluit adulterari, & idèò minorem meretur favorem. Deindè, etiam fieri potest, quod aliquis copuletur alicui eo tempore, quo per Pontificem poterat dispensari in priori Matr. an propterea dicendum, quod proles, ex tali concubitu nata, sit legitima? Non puro.

Ut sit de hac controversia, sive affirmaveris, sive negaveris, nihil dixeris contra nostram Conclusionem, quæ salva manet: manet, inquam, verum, Matrimonium

A a a a a 2 in-

250.

Auctor non videt rationem sufficientem pro parte affirmante.

251.

Objectio solvitur.

252.

Infantia diluitur.

247. An proles nascatur legitime per subsequens Matr. Ratio dubitandi pro parte affirmativa.

248. Desumpta ex cap. 6. Qui filii sunt legit.

249. Dicitur, quod non videtur pro parte affirmante problematice posse alterutrum defendi.

infidelium consummatum non dissolvi quoad vinculum susceptione Baptismi; neque per discessum infidelis physicum aut moralem; sed novo Matrimonio partis fidelis. Nunquid etiam per Professionem religiosam, aut susceptionem sacrorum Ordinum? Attende quod sequitur:

**CONCLUSIO VI.**

**Matrimonium consummatum infidelium non dissolvitur per Professionem religiosam; multò minùs per susceptionem sacrorum Ordinum.**

**I**ncipiamus ab eo, quod certius est, scilicet ab ultima parte Conclusionis, quæ asserit, Matrimonium in casu proposito non dissolvi per susceptionem sacrorum Ordinum; nusquam quippè in iure attribuitur huic susceptioni ejusmodi effectus; immò expresse negatur effectus dissolvendi Matrimonium ratum fidelium, Extravag. *Antiquæ*, de Voto & voti redempt. ubi Joan. 22. declarat: *Quòd, licet votum, solemnizatum per sacri susceptionem Ordinis, quantum ad impediendum Matrimonium contrahendum, ac ad dirimendum, si post contractum fuerit, secundùm statuta Canonum sit efficax reputandum: ad dissolvendum tamen prius contractum, etiamsi per carnis copulam non fuerit consummatum, cum nec jure Divino, nec per sacros reperiamus Canones hoc statutum, invalidum est censendum.*

Ubi Gloss. verb. *Concertationi*, inquit: Dicebant Aliqui, Matrimonium contractum per verba de presenti, per susceptionem sacri Ordinis dissolvi; sicut & per ingressum Religionis ante carnalem copulam. Alii verò contrà sentiebant, ut plene discussum, & pro utraque parte allegatum reperies in Sum. Hostiens. de *Convers. conjug.* §. Et utrum, vers. Sed quid si maritus. Ultima verò opinio vera esse, hodie declaratur per istam Constitutionem.

Et ead. Gloss. verb. *Est censendum*, sic ait: Sed quæ potest esse ratio ejus? Contrarium enim videbatur per multa jura & argumenta & rationes recitatas, ut supra dixi, in Sum. Hostiens. quas recitare hinc causâ brevitatatis omitto. Respondeo, hoc esse; sum, quia non reperitur in iure causa talis dissolutio, ut hinc: quare censetur prohibita, ut dixi in Gloss. præcedenti. Tum, quia dissolutio Matrimonii inter viventes pœna est, not. de *Divort. c. Porro*. Quare non debet instigi, nisi reperiretur de jure instigenda, ff. de *Reli. l. At si quis, §. Generaliter*. Contenti enim esse debemus panis, legibus comprehensis, ff. de *Verb. oblig. l. Si ita stipulatio*. Et pœna

non est instigenda, nisi per iudicem, 33. q. 2. §. De hoc. *Judex alius non est, nisi iustitiam redderet*, extra de *Verb. signif. Foras*. §. *Ita omni*. Tum etiam per alia multa jura, rationes & argumenta, quæ pro parte ista dicitur. Et utrum, reperies allegata.

Sed omittere volo, & responsum dari alio qua argumenta facta in d. §. quæ pro parte contraria multa primâ facie videntur arguere inquantia. Primò, cum dicitur: *se solennizatum votum, & facilius per sacri Ordinis susceptionem, sicut per Religionis professionem*. Hæc primum argumentum constituit partem inter Ordinis sacri susceptionem, & professionem Religionis.

Respondet Gloss. neg. pariter: Nam inquit, majus bonum sequitur ex Professione per quam inducitur bonum voluntatis, scilicet *lesâ servata, est justa & moderata libertas*. Quorundam §. pen. *Libertatis & voluntatis privatio, de Elect. Quædam*. Si Religiosus, de *Testat. Item propositio temporalium abdicatio, 12. q. 1. Non sicut extra de Statu Monach. Cum ab exaltatione, §. ult. & multa alia, quæ colliguntur & variantur 16. q. 1. c. De Monachis, quæ tamen ex susceptione sacri Ordinis minime inducuntur. quare potest dici, quod alia ratio in illa patrum reformat; juxta l. *Interpositas, C. de Transl. & dissimilis ratio, dissimilis debet inducere, & quod in uno dicitur, de reliquis prohibendum videtur, ff. de *Judic. l. Cum prætor, 27. dist.* Quævis. extra de *Presump. Non. En solutio 1. argumenti.***

Sequitur secundum: Cura animarum quem à Religione revocat, & Religio quem revocat à Matrimonio: ergo & cura, & quæquam cum sacro Ordine quis assumitur, debet quem à Matrimonio revocare: quæ vincio vincentem te, multo fortius vincet & si id quod minus videtur inesse, videtur id quod magis.

Respondet Gloss. *Revocatio pro Religione à Matrimonio, inducitur ex eo, quod deficiunt in sacri Ordinis susceptione, ut dixi. Nec sequitur, quod cura animarum ex causa revocat à Religione, quæ tamen revocat à Matrimonio, quia in cura animarum, est idem, propter publicam utilitatem, quæ profertur private: quæ publica utilitas non insurgit ex sola Ordinis susceptione. Et hoc dicitur, quod dictus modus argumentandi per argumentum à minori, vel majori, est in pœnalibus, identitatem rationis in se non habentibus; cum & cesset in ambigiosis, de *Sum. pœnalibus, arg. extra de *Præbend. c. Cuius non sacerdotali lib. 6. Hæc Glossa.***

Sed ego, ut verum fatear, non laeta intelligo, quomodo dissolutio Matrimonii tamen per professionem Religionis, sit aut dici possit pœnalis; cum non in pœnam aliquam

253. Probatur ultima pars Conclusif.

Ordo sacer non dirimit Mat. ratu fidelium, ex Extrav. Antiquæ.

254. Probationes ex Gloss.

B. O. S. SACR. MATRIMONII PART. VI.

delicti (neque enim proficiens Religionem peccat, neque remanens in saeculo, ut nimis manifestum est) haec dissolutio iure divino vel Ecclesiastico inducta fuerit; sed in favorem status Religionis, & in favorem ipsius, qui relinquitur, qui jam potest inire aliud Matrimonium, cum alioquin, si Matrimonium non dissolveretur quoad vinculum, deberet perpetuo manere caelebs.

Finit Glossa, dicens: *Ad alia, quae inducuntur in d. §. pro parte contraria, subtilis persecutor responsum de facili invenire poterit.*

258. Atque ut pars contraria vera foret (quod hodie non potest dici, propter expressam Constitutionem Joannis 22. supra allegatam, quidquid olim fuerit) nihilominus negamus istam Consequentiam: ergo etiam solvit Matrimonium consummatum infidelium, ut patet ex dicendis pro prima parte Concluf. quae restat hic probanda contra Sanchium sup. disp. 76. n. 9. ubi oppositum docet: Quia, inquit ille, licet nec in iure, nec in Divinis literis hoc decisum reperiat: at commune Theologorum placitum hoc à simili deducit. Si enim ea vis concessa est professioni Religionis à Christo, ut dissolvat vinculum prioris Matrimonii rati, inter fideles initi, nedum dissolvat Matrimonium tempore infidelitatis consummatum, quod ratum non est, cap. *Quanto*, de Divort.

Confirmatio. Et confirmatur; quia magis indissolubile est Matrimonium ratum fidelium, quam consummatum infidelium. Illud enim ultra contractum naturalem habet esse verum Sacramentum, nec per subsequentes nuptias dirimi potest. Hoc autem non est Sacramentum, ac potest dissolvi per subsequens Matrimonium.

259. Tandem; quia Matrimonium ratum posterius, dissolvit prius consummatum, tempore infidelitatis ininitum, & ita illud est fortius, ac vincit hoc. Cum ergo illud vincatur à professione Religionis, & per eam dissolvatur, à fortiori hoc dissolvetur. Quippe si vinco vincentem te, à fortiori vincam te, l. *De accessionibus*, ff. de Divers. temporal. praescript. §. 3. ibi: *Nam qui me potior est, cum ego te superaturus sim: multo magis adversus te obtinere debet.*

260. Sed propter haec argumenta non est recedendum à Conclusionem, quam docet Abul. sup. q. 68. in principio dicens: Si mulier conversa transeat ad aliud Matrimonium, antequam vir convertatur, poterit vir accipere aliam uxorem, cum solum sit Matrimonium, & non sit aliqua causa impediens: si autem mulier ad Religionem transivit, sive sit professa, sive non, non poterit vir illa vivente accipere aliam uxorem. Causa diversitatis est; quia in primo casu so-

lutum est Matrimonium, & idem potest uterque ad alia vota transire, & transivit jam mulier, idem nihil impedit virum, quin transeat. In secundo casu secus est; quia non est Matrimonium solum, idem non licet alicui conjugum transire ad alia vota. Haec ille.

Idem docet q. 74. ibi: Non est verum, quod per Religionis professionem, vel suspensionem sacri Ordinis solvatur Matrimonium.

Atque hanc sententiam veriolem credit Coninck disp. 26. n. 65. in fine, dicens in principio, fundamenta sententiae Sanchez (quam n. 64. asserit probabilem ob DD. auctoritatem) debilia esse. Primò; quia nullo iure nituntur. Secundò; quia in singulis privilegiis, quae à iure communi exorbitant, non est argumentandum à simili vel fortiore, ut docet cum Aliis Leonardus de Justit. lib. 2. c. 15. dub. 4. n. 28.

Et patet in hac etiam materia: quia, ut cum Aliis docet Sanchez lib. 7. disp. 76. n. 3. & 7. fidelis non potest ingredi Religionem, non monito infideli: immò etsi legitime ingressus sit, tenetur egredi, si ante Professionem alter convertatur, ad quae tamen non obligat Matrimonium ratum.

Unde sequitur; non omnem obligationem, quam ingressus in Religionem solvit in Matrimonio rato, solvere etiam in Matrimonio infidelium: & consequenter hoc in aliquibus fortius ligat. Lex autem: *De accessionibus*, citata, loquitur in casibus juris ordinarii, imò ipsius naturae, quando scilicet in utroque eadem ratio militat, idè quae ab uno ad alium est bona consequentia. Haec Regius.

Subdo verba legis: *Et si mihi pignori dederis, & ego eandem rem alii pignora vi: meus creditor utetur accessione tui temporis, tam adversus extraneum, quam adversus teipsum, quamdiu pecuniam mihi non exsolveris: nam qui me potior est, cum ego te superaturus sim, multo magis adversus te obtinere debet: sed si pecuniam mihi solveris, hoc casu accessione sua non utetur.* Ubi Glossa verb. *Debet*, plures enumerat casus, in quibus haec regula fallit.

Videatur etiam Covarr. Tom. 2. Variarum resolutionum lib. 1. cap. 7. n. 3. ubi generaliter notat, hanc regulam non procedere, ubicumque, inquit, datur diversa ratio vincendi, quemadmodum probatur in cap. *Auctoritate Martini*, 7. de Concess. praeb. in 6.

Quod autem professio in Religione (prosequitur Coninck sup.) solvat Matrimonium ratum, non habet ex natura sua; sed ex singulari Dei concessionem, ac Ecclesiae lege. Adde; totam rationem illius privilegii, quo Matrimonium conversi solvit id,

A a a a a 3

261. Quod Coninck credit verius, dicens fundamenta Sanchez esse debilia. Lessius.

262. Explicatur lex: De accessionibus.

Ejus verba.

263. Quando regula tradita in d. l. fallat, ex Covar.

Ratio ob quam Matr. conversi solvat Matr. cum infideli, ex Coninck.

quod prius inierat cum infideli, esse, ut conversio non sit onerosa conversio, si cogatur cœlibem vitam ducere, aut alteri molestè cohabitare. Quæ ratio tota cessat, quando hic proficitur in Religione; ita ut hoc casu tale privilegium cederet in favorem solius oblati, ad quem tamen concessio non spectat. Hæc ille.

264.

Pontius ad-  
hæret sen-  
tentia Ab-  
lenſis.

Atque ejusdem sententiæ est Basil. Pontius lib. 9. cap. 4. n. 19. ibi: Aded necessarium est secundum Matrimonium, aliquâ subsistente causâ, ad præcedens vinculum dirimendum, ut aliter rescindi nequeat ullo pacto. Si enim Sacris initiatur, aut Religionem profiteatur, sive simplicibus votis constantem, sive solemnibus, non dirimitur Matrimonium in infidelitate contractum, etiam subsistente contumeliâ creatoris, quidquid nonnulli Auctores, sine juris fundamento, non satis consideratè dixerint. Quia Matrimonium ratum aut consummatum non dissolvitur sacris Ordinibus, ut notum est; professione autem Status religiosi tantum dirimitur Matrimonium ratum fidelium, vel ex Christi privilegio, vel ex jure Ecclesiastico; hæc autem nihil eorum ostendi potest. Hæc ille.

265.

Vid. & plu-  
res alii,  
Diana. Hur-  
tadus, Pe-  
rez.

Pro eadem sententia Diana part. 9. tract. 7. resol. 47. (ubi eam sequitur) citat præterea Hurtadum de Matr. disp. 8. diff. 14. n. 52. & Perez disp. 36. sect. 8. n. 2. Quæ & mihi apparet verior, quam vis opposita sit communior; pro qua etiam citatur Doct. Seraphicus 4. dist. 39. a. 2. q. 2. ubi in corp. sic ait: *Quamdiu vir fidelis relictus, manet in statu, in quo potest, mulier infidelis redire ad eum, mulier est alligata quantum ad veritatem Sacramenti. Sed quando vir est in statu, in quo non potest ei conjungi, ut si alteram ducat, vel intret Religionem, vel accipiat sacrum Ordinem, mulier soluta est secundum veritatem Sacramenti, quia amplius non est uxor.* Hæc ille. Sed sine ulla probatione.

sed sine pro-  
batione.

Et quoniam communiter ei contradicitur, quantum ad acceptionem Ordinis sacri, quæ, ut supra vidimus, non dissolvit Matrimonium ratum fidelium; hinc nemini mirum videri debet, sed neque potest, si etiam quoad alteram partem, scilicet ingressum Religionis, ab eo recedamus; cum non videamus efficaciam fundamentum sive ex jure, sive ex ratione tribuendi Professioni hujusmodi privilegium.

266.

Resp. ad fun-  
damentum  
Sanchez.

Farentur Omnes, non esse expressam aliquam legem sive Divinam, sive humanam, quâ id concedatur. Quod autem, dicit Sanchez sup. commune Theologorum placitum, hoc à simili deducere, jam ostendimus, simile istud nimium claudicare, quàm ut illa sententia rectis pedibus possit incedere; quippe tota ratio cessat, propter quam se-

cundo Matrimonio concessa est via dissol- vendi primum, nimirum ne conversio sit onerosa conversio, si debeat cœlibem vitam ducere, adedque favor conversi, non autem oblati; jam autem in sententia Adversariorum dissolutio Matrimonii directè & totaliter cederet in favorem oblati, qui tamen nullo favore dignus est.

Contra, dicit aliquis cum Dicastillo sup. n. 498. eadem ratione in Matrimonio rato posse dici, talem favorem dissolutio- nis Matrimonii per Professionem, non esse utilem ipsi Religioso; quia per se non est tantum alteri consors; & nihilominus in honorem & gratiam Professionis religio- se concessa est ei illa vis. Pari ergo ratio- nelligi potest, in nostro casu concessam esse eam vim in honorem ejusdem Professionis religiose, ut probabiliter potest probari, non minorem habere vim Professionem ad dissolvendum prædictum Matrimonium infidelium consummatum, quàm habeat Matrimonium ratum, cum hoc Matrimo- nium ab ipsa Professione solvatur. Hæc ille.

Respondeo, disparitatem esse; quod in priori casu, qui remanet in seculo, altero profitente, dignus sit hoc favore; cum illa Professio nullatenus proveniat ex sua culpa, sed ex mera electione profitentis. At verò in alio casu Professio oritur ex culpa infi- delis oblati; nam si converteretur, prout deberet converti, conversus non prohiberetur, nec posset validè aut licitè profiteri, & idèd indignus est tali favore.

Sed contra (inquit Dicastillo sup. n. 499.) primò; quia etiam Auctores oppositæ sen- tentiæ concedunt, Matrimonium non con- summatum infidelium, per conversionem unius ad fidem posse dissolvi, emissa Pro- fessione solemnî; & tamen tunc illud dis- solutio tantum prodest, juxta eorum opinio- nem, ipsi infideli pertinaci: nam si pro- fitenti solemniter, nullo modo dissolvi- tur, quòd vinculum maneat, & nihilominus censetur favor & honor Professionis religio- se, quòd dissolvatur vinculum, etiam non intendat Ecclesia directè illum favorem aut beneficium infidelis pertinacia hæc ille.

Respondeo, disparitatem esse; quòd in hoc casu pertinacia infidelis nullatenus est causa vel occasio illius dissolubilitatis; sed omnino per accidens se habet: ad istud ef- fectum, ita, ut tametsi converteretur infi- delis, aut veller pacificè cohabitare, adhuc fidelis sive primò conversus posset intret Religionem, & per Professionem dissolvere Matrimonium ratum. At verò in alio casu tota ratio dissolubilitatis, sive potius co- ditio sine qua non, foret pertinacia infidelis.

nam si converteretur ante ingressum, nulatenu primò conversus posset Religionem intrare, & in ea validè aut licitè profiteri; adeòq; pertinacia in infidelitate quasi est causa, quòd Professio solvat Matrimonium consummatum; ac proinde non Professioni, sed potius isti pertinaciæ videretur attribuendum hoc privilegium, quòd nequaquam dici potest, cum omni prorsus favore indigna sit.

Si urgeas cum Dicastillone supra n. 500. quando uterque fidelis post Matrimonium ratum simul profitentur solemniter, neutri illorum utile est, secundum Auctores oppositæ sententiæ, quòd vinculum Matrimonii dissolvatur; quia nec molestum est aut onerosum, quòd maneat; & tamen in gratiam, favorem & honorem illius Status solvitur vinculum: ergo etiam si neutri sit onerosum, potest intelligi, quòd vinculum dissolvatur. Unde in nostro casu dici etiam potest, vinculum Matrimonii, consummati ante Baptismum, posse dissolvi per Professionem, & probabiliter censerì concessam hanc vim Professioni eo ipso, quòd concessa est vis dissolvendi Matrimonium ratum, etiam si non sit onerosum fideli converso & profitenti. Hæc ille.

Respondeo (quidquid sit de Antecedente, quod ab aliquibus negatur, ut infra videbimus) de illa gratia, favore & honore nobis constat per Ecclesiam, dicentem in Concil. Trid. sess. 24. can. 6. *Si quis dixerit, Matrimonium ratum, non consummatum, per solemnem Religionis professionem alterius conjugum non dirimi; anathema sit.* Proferant Adversarii similem definitionem de Matrimonio consummato infidelium, & jungimus dexteras.

Alloquin propter argumentum à simili, quod reverà simile non est, sed multum dissimile, ut jam ostensum fuit, non volumus, nec verò possumus talem favorem ascribere Statui religioso, effectum, inquam, dissolutionis hujusmodi Matrimonii quoad vinculum; cum in iis, quæ pendent ex jure positivo divino, aut Ecclesiastico, non liceat per se argumentari à simili, nisi ad evitandum absurdum; id est, nisi absurdum sit aut irrationabile, Deum vel Ecclesiam hoc constituisse, & non aliud; impræsentiarum, Statui religioso concessisse effectum dissolvendi Matrimonium fidelium ratum, & non dissolvendi Matrimonium infidelium consummatum.

Ceteroqui, si omnem favorem possibilem debeamus ascribere Statui religioso, dicamus etiam posse solvere Matrimonium consummatum fidelium; nam & talis favor possibilis est. Num idèò ascribendus?

Minimè, inquis; nam oppositum satis perspicue constat ex sensu totius Ecclesiæ:

hic autem major pars DD. & cum ipsis D. Bonavent. ut supra vidimus, favorem, de quo hic disputamus, adscribit Statui religioso.

Fateor, & idèò per eorum auctoritatem probabilis est hæc sententia, magis quàm propter rationes, quas ferè omnes clarè dissolvimus. Sola restat major indissolubilitas Matrimonii rati fidelium, quàm consummati infidelium, eò quòd ratum fidelium habeat rationem Sacramenti, ut sup. Sanchez dicebat.

Sed responderi Dicastillo sup. n. 496. illud argumentum nihil probare; neque enim, inquit, indissolubilitas Matrimonii rati provenit ex eo, quòd sit Sacramentum; sed ex eo, quòd sit ratum, utpote contractum inter duos baptizatos; quòd dissolvi non potest, etiam si alteruter labatur in infidelitatem, & nolit cohabitare sine injuria Creatoris; cum tamen Matrimonium legitimum quidem, sed non ratum, quantumvis consummatum, quale est Matrimonium infidelium, dissolvi possit, quando alter convertitur ad fidem, & alter non vult cohabitare legitime. Ita Dicastillo.

Igitur major indissolubilitas Matrimonii rati, quam prætendunt Adversarii, in eò dumtaxat consistit; quòd in aliquo casu possit dissolvi Matrimonium infidelium consummatum, in quo non possit dissolvi Matrimonium fidelium ratum; quæ est solum indissolubilitas aliqua extrinseca, ut supra adhuc notavimus.

Sed nunquid etiam Matrimonium ratum fidelium, in aliquo casu est dissolubile, in quo non est dissolubile Matrimonium consummatum infidelium? Planè in nostra sententia; nam potest Matrimonium ratum fidelium solvi per Professionem solemnem Religionis, per quam non potest dissolvi Matrimonium consummatum infidelium.

Dices: de hoc quæritur. Omnino quæritur, sed quòd quæritur, jam puto nos per rationem invenisse, quæ nec ipsa caret auctoritate DD. & hinc persistimus in Conclusionem, quam subindicat Doct. Angelicus 4. dist. 39. q. un. a. 5. ad 4. ubi sic ait: *Ad quartum dicendum, quòd si post conversionem viri sit aliqua probabilis spes de conversione uxoris, non debet votum continentie viri emittere, nec ad aliud Matrimonium transire; quia difficillius converteretur uxor, viro suo sciens se privatum: si autem non sit spes de conversione, potest ad sacros Ordines, vel ad Religionem accedere, prius requisita uxore, quam convertatur; & tunc si postquam vir sacros Ordines accepit, uxor convertatur, non est sibi vir suus reddendus; sed debet sibi imputare in penam tardæ conversionis, quòd viro suo privatur.* Ubi post susceptionem Ordinis sacri, & accessum ad Reli-

273. Sententia Sanchez probabilis est per auctoritatem.

Respond. ad aliud arg. Sanchez, ex Dicastillo.

274. In quo consistat major indissolubilitas Matrimonii rati fidelium.

275. Doct. Angelicus favet nostre Conclusioni.

270. Dicastillo.

Solvitur.

271. Rejicitur arg. Sanchez à simili.

272. Dicit licet omnem favorem possibilem ascribere Statui religioso.

Religionem, vocat prius conversum, virum suum; non autem esset vir suus, si Matrimonium quoad vinculum foret dissolutum, & posset, saltem validè, alteri nubere.

276.

*Objectione solvitur.*

Dices etiam ibi loquitur de transitu ad alias nuptias. Fateor; sed in eodem articulo apertissimè significat, per illum transitum dissolvi vinculum Matrimonii; nullo autem verbo vel implicite meminit, dissolvi vinculum per accessum ad Religionem, aut susceptionem Ordinis sacri.

Do verba ejus: *Ad tertium dicendum, quòd postquam fidelis contraxit, solum est vinculum Matrimonii ex utraque parte; quia Matrimonium non claudicat quantum ad effectum. Undè in pœnam uxoris infidelis, ei indicitur, quòd non possit cum alio contrahere magis, quàm ex virtute Matrimonii precedentis: sed si postea convertatur, potest ei concedi dispensatio, ut alteri nubat, si vir ejus aliam uxorem duxit.* Ita sunt verba D. Th.

Nunquid sic in isto articulo, vel alibi, loquitur Doct. Angel. de Professione Religionis, aut susceptione Ordinis sacri, vel transitu ad meliorem frugem? Nuspiam omnino. Quod tamen fecisset, nisi fuisset in nostra opinione.

277.

*Necessarium fuit, ut per secundas nuptias dissolvatur prima.*

Et verò necessarium quodammodò fuit, ut per secundas nuptias dissolverentur primæ, quandoquidem in lege Evangelica Christus polygamiam prorsus abstulerit: ut autem priores nuptiæ dissolverentur per Professionem Religionis, aut susceptionem Ordinis sacri, vel transitu ad meliorem frugem, nulla omnino fuit necessitas, cum constet apertissimè, simul stare posse in lege Evangelica vinculum prioris Matrimonii cum Professione Religionis, aut susceptione Ordinis sacri, vel transitu ad meliorem frugem.

278.

*Licitum est divorcium, quando conjux infidelis renuit converti, adeòque licet emittere votum castitatis etc.*

De cætero, seu unam, seu aliam sententiam teneamus; fateri equidem debemus, & Omnes consentiunt; licitum esse divorcium, quando conjux infidelis renuit converti, etsi etiam vellet legitime cohabitare. Sicuti ergo conjugi legitime divorcium facienti ob adulterium, integrum est emittere votum castitatis, ingredi Religionem, aut suscipere Ordines sacros, quamvis Matrimonii vinculum perseveret; ita celebranti divorcium in hoc casu, id licebit; quamvis sustineatur, non dirimi Matrimonii vinculum. Patet ex D. Thoma jam allegato ad 4.

279.

*Interim consultum est, ut ibidem Doct. Angel. satis clarè dicit, id non facere, quamdianu est spes aliqua conversionis conjugis infidelis. Si tamen fiat, tenet quod factum fuerit; neque post conversionem conjugis infidelis, restituendus est ei conjux fidelis*

Interim consultum est, ut ibidem Doct. Angel. satis clarè dicit, id non facere, quamdianu est spes aliqua conversionis conjugis infidelis. Si tamen fiat, tenet quod factum fuerit; neque post conversionem conjugis infidelis, restituendus est ei conjux fidelis

B O N O  
Sacramentum  
pari  
D. Th.

nondum statu fidelis mutato, convertatur? Respondet: sicut non potest ad alias nuptias transire, sed compellitur ad eum recipiendum, ut laicus diximus Concluf. præcedenti; sic itidem nequit ad Religionem, sacros Ordines, aut votum castitatis perfectæ transire. Quæ enim potest excogitari ratio disparitatis? Nam per hæc omnia æquale fit præjudicium volenti converti de infidelitate; immo minus per transitum ad secundas nuptias in illa sententia; quæ dicit, per professionem Religionis &c. non solvi vinculum Matrimonii; si ergo quod minus est, non licet, quod majus est, quæ ratione licet?

Si dixeris: Mulier, quæ in fide remansit, potest nolente viro, qui ab infidelitate revertitur, propter quam ab eo fuerat iudicio Ecclesiæ separata, ad Religionem liberè conflare, cap. fin. de Conversi conjug. quod est Greg. 9.

Respondet Abulensis sup. q. 64. quod non est simile: primum, quia hæc agimus de infideli, qui nunquam fuit ad fidem conversus; in cap. Mulier, agitur de infideli, qui transit ad infidelitatem, & postea revertitur ad fidem. Et est hic multa diversitas: prima; quia gravis nimis peccavit, qui de fidelitate ad infidelitatem transit, quam qui in infidelitate, in qua natus est manebat, conversâ uxore sua ad fidem; ut patet extra de Divort. cap. Quanto. Melius enim est, viam Domini non agnoscere, quam post agnitam retroire, 2. Petr. 2. & extra de Apostat. c. Quidam. Ergo minus favorabiliter agerent jura cum isto, qui redit ad fidem, de qua recesserat, quam cum illo, qui de novo venit ad fidem, in qua nunquam fuerat.

Altera est; quia jura multum benignè agunt erga infideles, qui convertuntur ad fidem, quantum ad uxores suas, ut illas retineant, sic dicitur extra de Divort. cap. Gaudemus, ubi respondetur, quod infideles copulati in gradibus, apud nos veritis, remanent cum uxoribus post conversionem in favorem fidei, cum dicitur: In favorem præsertim Christianæ Religionis & fidei, à cuius perceptione, per uxores, se deseritantes, viri possunt facile revocari, fideles hujusmodi matrimonialiter copulati liberè possunt & licitè remanere. Et tamen circa fideles, qui transeunt ad infidelitatem, non servatur iste favor, cum jura circa eos non expresserint talem favorem; immo potius poenas apostatarum, Cod. de Apostat. per totum; ideò non erit idem circa eorum uxores.

Tertia est; quia illa mulier erat separata à viro illo iudicio Ecclesiæ, & ita exprimitur in alleg. cap. Mulier. Undè à contrario sensu, si mulier non fuerit à viro illo separata iudicio Ecclesiæ, cogetur redire ad virum, & non intrare Religionem, si eam pe-

rat; & hoc expressè patet extra de Divort. cap. 6. De illa, quæ viro suo labente in hæresim, ipsius consortium sine iudicio Ecclesiæ detrahit, videtur vobis, quod mulier (maximè si ea intentione discessit, ut lapsus in hæresim iudicio pariter & confusione affectus, se ab errore suo converteret) ei cum reversus fuerit est reddenda: quæ etiam, si reverti noluerit, compellatur. Si vero iudicio Ecclesiæ ab eo recessit, ad recipiendum eum nullatenus dicimus compellendam.

Et tamen (inquit Abulensis) circa istos infideles non est facta separatio iudicio Ecclesiæ; idè veniente ad fidem eo, qui manebat in infidelitate, cogetur ei cohabitare uxori, si nondum transit ad Religionem. Hæc ille.

Planè, repõnit quispiam, cogetur, si non est separata iudicio Ecclesiæ. Sed quid, si etiam circa istos infideles facta sit separatio iudicio Ecclesiæ? Nonne ad Religionem liberè poterit conversus conflare, juxta d. cap. fin. de Conversi conjugatorum?

Glossa cap. Gaudemus, de Divort. verb. Compellitur, affirmat in fin. ibi: Sed nunquid etiam posset intrare Religionem eam in viâ, an requam contrahat cum alia? Dico quod sic, cum iudicio Ecclesiæ fuit à viro separata, arg. sup. de Conversi conjug. in fin. Idemquæ docet Hostiensis Sum. eod. tit. n. 12. verf. Non solum, in fine, dicens: Puto quod in hoc casu antiquus conversus posset intrare Religionem, invito novo converso, ex quo antiquus fuit licentiatus per Ecclesiam; arg. sup. de Conversi conjug. c. ultimo Hæc ille.

Ego autem puto, quod non posset, cum Sanchio sup. n. 5. Quia, inquit ille, cap. fin. de Conversi conjug. loquitur de infideli in hæresim lapsa, & ob id ab Ecclesia damnata: tunc enim conceditur alteri Religionis ingressus; eo quod per sententiam absolutus fidelis ab habitationis obligatione. Ar non est idem de infidelibus, qui minus delinquant, & magis eis conversis ad fidem favetur: nec sententia Ecclesiæ punit eos, absolvendo fidelem ab obligatione cohabitandi; sed tantum declarat, huic liberum esse divertere, ad aliumquæ transire statum, nisi re integra alter convertatur.

Deinde; quia non minus læditur conjux infidelis, conversus ad fidem, per transitum fidelis ad Religionem, quam per aliud Matrimonium sequens: at hoc non potest inire, sed compellitur priori stare, c. Gaudemus, in fine, de Divort. Ergo nec poterit profiteri. Ita Sanchez.

Sed nunquid, audio interrogantem, res est integra, quando antiquus conversus ingressus est Religionem, nondum tamen emisit Professionem? Negant aliqui; est enim fidelis jam in statu, qui usui Matrimonii re-

B b b b b

pug-

Capl. 6. de Divort.

Abulensis.

285.

Idem dendum in casu nostro secunda Glossa cap. Gaudemus.

Idem docet Hostiensis.

286.

Oppositum docet Sanchez, & probat.

Confirmatur.

287.

Quid si conversus nondum emisit Professionem.

282.

Obiicitur.

Obiicitur ex Abulensi.

283.

Jura benignè agunt erga infideles, qui convertuntur ad fidem.

284.

Mulier separata à viro iudicio Ecclesiæ.

pugnans, & ingressus est tempore habili. Si-  
cut fornicante conjugē non dissolvitur Ma-  
trimonium; & tamen innocens, ingressus  
Religionem, non potest novitiatus tempore  
extrahi.

Secundum  
Abul. non  
compellitur  
redire.

Hæc est sententia Abul. sup. q. 66. ibi:  
Si manens in infidelitate, requisitus est per  
alterum conjugem, ut converteretur, vel  
cohabitaret, & noluit, quo nolente, con-  
versus transit ad Religionem; si postea con-  
vertatur alter conjugum, & repetat Reli-  
gionem, nondum professum, non tenebitur  
exire Religionem, ut cohabitaret. Est tamen  
verum, quod poterit exire & cohabitare, si  
voluerit, sed non compellitur: nam non so-  
lum petente conjugē, sed etiam sine ulla  
causa poterat liberè, cum non est emissã Pro-  
fessio; & tamen si noluerit, non cogetur exi-  
re; & hoc est, quia cum justè potuit Reli-  
gionem intrare nullo prohibente, nullus po-  
test inde cogere exire. Ita Abulens.

288.  
Oppositum  
docet San-  
chez.

Oppositum docet Sanchez sup. n. 7. Non  
enim, inquit, est fidelis, tempore conver-  
sionis infidelis, in statu repugnantis, sed in  
probatione & via ad alium statum. Nec est  
simile de adulterio carnali, quod divortii  
perpetui causa est, & ita sicut innocens, exi-  
stens in sæculo, nunquam est compellendus  
recipere adulterum, ita nec si sit novitius.  
At infidelitas non est causa divortii perpetui,  
sed dum ea durat, quare eã cessante,  
tempore quo conjux fidelis nondum muta-  
vit, instaurandum est prius Matrimonium.  
Hæc ille.

289.  
Probatur à  
simili.

Sed hoc est, quod queritur; an novitius  
nondum mutaverit: id ergo probandum est,  
& non supponendum. Probatur, inquit,  
quia per solum ingressum nondum est prius  
Matrimonium dissolutum; sicuti in eo, qui  
nondum transiit ad secundas nuptias, est  
jam contraxisset sponsalia; veluti ergo hic  
cogetur converso cohabitare, ita & ille  
cogi deberet.

Resp. Abul-  
lensis.

Respondet Abul. sup. quod non est simi-  
le: quia, inquit, per hoc, quod unus con-  
jugum, fidelis factus, requisivit alium infide-  
lem, ut converteretur vel cohabitaret, &  
ille neutrum voluit, perdidit jus cohabita-  
tionis: & tamen quando convertitur, ante-  
quam alius conjux ad aliud Matrimonium  
transeat, & est in habitu sæculari, est res in-  
tegra, & non est ille indispositus cohabitare,  
ideo compellitur cohabitare ei, qui conver-  
titur; secus quando conjux, qui alterum re-  
quisivit, transiit ad Religionem, quia jam  
se indisposuit ad cohabitationem conjugalem,  
ideo non tenetur retrocedere invitatus,  
sed potest spontaneus. Hæc ille.

290.  
Sententia  
Sanchez, est

Interim communior est sententia San-  
chez; quamvis enim imple neminem pro se  
citer, quia quæstio illa à paucis Veteribus

mora fuit; equidem Recentiores ipsam  
quuntur, Coninck disp. 26. n. 65. & Dis-  
stillo disp. 2. n. 502. est sine aliqua non  
probatione.

Porro opinio Abulensis non habet  
dum Auctorem, quod licet, veteres  
recentiorem; quamquam idem non  
nò improbable, ut patet ex ratio-  
lenfis, quæ licet haud planè convincen-  
men non obscure ostendit, eam opinio-  
vorem Religionis, & Status religio-  
eti nondum perfectè sit assumptus, quo  
tempore durat annus novitiatus, tamen  
ceptus est, & non potest abesse in  
deseri, propter mutationem habitus, & ob-  
loquia hominum sæcularium, quæ  
riè consequuntur dimissionem habitus  
giosi, semel assumpti.

Non ergo videretur  
ad eam recipendam, quæ in  
quare habitum mutaverit, quippe non  
tasset, si ipsa tempore se converteret  
poterat & debebat. Nec propterea  
revocabitur à perceptione hâc, sed  
faciliùs & citius eam percipies, licet  
per solam susceptionem habitus religio-  
privandam viro suo in perpetuum.

Et quid si dixerò, eandem esse rationem  
sponsalium; scilicet fidelem convertentem  
qui jam contraxit legitime sponsalia cum  
secunda muliere, non posse compelli ad re-  
cipiendam primam, tamen post sponsalia  
ante contractum Matrimonium de præsen-  
ti, converteretur? Jam enim jus acquiritum  
est secunde mulieri, & non possunt spon-  
salia illa dissolvi, sine maximo aliquando in-  
commodo illius mulieris, cui in delis cau-  
sam dedit per suam tardam conversionem.

Interim jus commune non meminit  
presè, nisi nuptiarum de præsen-  
Gaudemus, ibi: Antequam propter  
causas legitimam ille ducat uxorem  
quam res non videatur integra, postquam  
legitima contraxit sponsalia.

Quæro ulterius: si jam ille legitime  
duxerit uxorem, nonne & infidelis, con-  
sus postmodum, seu etiam non convertus  
sed permanens in sua infidelitate, & non  
poterit non solum valide, de quo non  
dubitandum. (cùm jam vinculum pro  
Matrimonii sit reverà solutum) sed etiam  
licitè aliam ducere uxorem?

Audite Doct. Seraphicum 4. dist. 39. a. 2.  
2. q. 2. in corp. *Quamvis vir restitutus  
manet in statu, in quo potest mulier infidelis re-  
dire ad eum, mulier est alligata, quantum ad  
veritatem Sacramenti. Sed quando vir est in  
statu, in quo non potest ei conjungi, ut si alter  
ducat &c. Mulier soluta est secundum veri-  
tatem Sacramenti, quia amplius non est*

B. O. S. S.  
Sacramentum  
Matrimonii

sed tamen alligata est in penam peccati: unde non licet ei nubere, quouque solvatur a culpa, & hoc non est, quoad est infidelis. Si autem convertatur & baptizetur, cum tunc solvatur ab omni culpa, & pena peccati, ex tunc licite potest nubere, nisi aliud obijciat. Ubi docet, ut videtur, peccare infidelem, qui ante conversionem aliud inquit Matrimonium, secus si post conversionem.

At vero D. Tho. videtur sentire, etiam peccare, si post conversionem ineat, non obtemperando dispensatione. Sic quippe lego apud ipsum 4. dist. 39 q. un. a. 5. ad 3. in fine, ibi: Sed si postea convertitur, potest ei concedi dispensatio, ut alteri nubat, si vir ejus aliam uxorem duxit. Ergo requiritur dispensatio, ut licite alteri nubat, etiam post conversionem.

Alii sustinent, infidelem pertinacem in sua infidelitate, si sit Principibus Christianis subiectus, peccare in eundo aliud Matrimonium; secus si illis subiectus non sit. Probant: quia infideli non subiecto Principibus Christianis, nulla lege seculari id Matrimonium interdicitur, & Ecclesia eum ligare nequit: ut subiecto Principibus Christianis interdicitur lege seculari, quae quamvis nullibi scripta reperitur, habetur tamen ex usu, vim legis obtinente; qui utriusque vis satis colligi videtur ex tot DD. id Matrimonium prohiberi affirmantibus.

Histamen non obstantibus Sanchez sup. disp. 77. n. 6. ait, licere infideli, etiam permanente in sua infidelitate, dissoluto semel fidelis Matrimonio, ad aliud transire. Ductor, inquit ille, quod nullo jure interdicitur infideli hic transitus. Non enim humano Ecclesiastico, cum Ecclesia careat jurisdictione in infideles; jus vero saeculare nullibi reperitur. Nec jus divinum naturale id infidelibus prohibet. Quia, etsi peccaret violans jus divinum naturale legis prioris Matrimonii, quae astringebatur sequi priorem conjugem, ad fidem conversum: at priori Matrimonio jam penitus dissoluto, nulla lex divina naturalis prioris Matrimonii, quod nihil est, superest, qua hic infidelis arceatur ab alio Matrimonio. Nec aliud jus divinum id vetans reperitur: nec id adducitur a patronis contrariae sententiae.

Et confirmatur: quia mortuo conjugate ad fidem converso, nullus negaret integrum esse infideli, ad aliud Matrimonium migrare, non obstante peccato, quod in legem prioris Matrimonii admisit. Similiter ergo id licebit, postquam fidelis ad alias nuptias aut Professionem transit: quia aequae in his casibus dissolvitur Matrimonium prius, ac conjugis morte.

Tandem; quia non major prohibitio concedenda est respectu infidelis, quam respec-

tu fidelis, ejusdem criminis rei contra Matrimonii legem, cum gravius sit fidelis delictum. At fidelis peccans in legem Matrimonii, nolens abique iusta causa conjugem sequi, sed ab eo prorsus recedens, dissoluto eo Matrimonio per mortem, aut Professionem alterius conjugis, potest ad aliud Matrimonium transire. Cur ergo id negandum est infideli, in similem Matrimonii legem peccanti? Haec tenet Sanchez.

Estque sententia Gloss. in cap. fin. 28. q. 2. verb. Relinquitur, ubi sic ait: Nihilominus circa relinquentem (contumelia Creatoris solvit jus Matrimonii) unde & relinquens contrahet sine peccato, si conversus contrahat: non enim potest Matrimonium claudicare, cum sint duae relationes: unde si una est uxor, & relinquitur vir. Id. d. autem non tractavit hic de relinquente; quia extra Ecclesiam est, & nihil ad nos de eo judicare, 2. q. 1. Multi. Est tamen arg. quod claudicat, ut hic, & extra de eo qui cognovit. c. 1. arg. ff. Mandati, Potest. Sed, ut dixi, quoad essentiam non potest claudicare, sed quoad effectum bene: quia quandoque tenetur unus alii sed non e converso. Vel dico, quantum ad fidem solvitur, in hic dicitur: quia adhuc potest debitum petere ab altero, sed infidelis non potest, quia fidelis non est subiectus servituti illius; & cum alia sit servitus, qua tenetur vir uxori, quam illa, qua tenetur uxor viro; bene potest una servitus esse sublata, & non alia. Sic ff. de Servit. in b. praed. Si domus, & extra de Convers. conjug. Quidam.

Atque ibidem verb. Et in Matrimonio: Id est, inquit, in fractione primi Matrimonii (peccat) non dicitur in secundum Matrimonium (peccat) si illud contrahat, postquam conversus cum alia contraxit.

Ex hac Glossa patet solutio ad argumenta sententiae D. Thomae, Aliorumque plurimum, quos citat Sanchez sup. n. 3. & sequitur Pontius lib. 7. cap. 48. n. 25. pater, inquam, solutio ad argumenta, desumpta ex cap. illo fin. Querit aliquis: ecquae illa argumenta? Respondeo: quia dicitur ibi, quod solvitur Matrimonium, circa eum qui relinquitur, & non dixit simpliciter, vel circa ambos. Secundò; quia dicitur ibi: Infidelis autem discendens, & in Deum peccat, & in Matrimonium; ergo contrahendo Matrimonium secundum, peccat infidelis.

Sed dicendum (inquit Abul. sup. q. 127. ubi tenet sententiam Sanchez) quod istud nihil valet. De primo patet, quia dicitur: Solvit jus Matrimonii circa eum, qui relinquitur. Nam non debuit dici simpliciter, solvi Matrimonium; sed circa eum, qui relinquitur: quia solvi Matrimonium non est ibi, quod desinat esse Matrimonium statim per contumeliam Creatoris, & per illa duo; sed quod in illis casibus habet statim fidelis li-

Bbbbbb 2 cen-

297. Gloss. in c. fin. 28 q. 2. tenet sententiam Sanchez;

298. D. Thom. Sanchez. Pontius.

Argumenta pro sententia D. Tho.

299. Rejicitur ex Abulensi primum argum.

294. D. Tho. re-

Alii dicitur...

295. San. bez. do-

Confirmatur.

296. Alia proba-

centiam solvendi Matrimonium transeundo, & tunc erit de facto solutum: infidelis autem non habet licentiam istam; quia privilegium non conceditur nisi fideli, cum dicat Apostolus: *Si infidelis discedit, discedat: non est enim in huiusmodi frater aut soror servituti subjectus* Qui autem non est subjectus, est liber, id est fidelis absolvitur: & ita dixit Ambr. in verbis illis, quod solvitur Matrimonium circa illum, qui relinquitur, & non circa infidelem, qui eum relinquit; quasi ille non habeat licentiam recedendi, & transeundi ad aliud Matrimonium, & iste est sensus verus. Hæc ille.

Et continuè adjungit duplicem responsionem Glossæ sup. verb. *Relinquitur*; ac posteriorem approbat hisce verbis: Dicendum, quod hoc verum est; quia si fidelis recedat ab infideli, ut propter contumeliam Creatoris, siue quod nititur eum ducere ad peccatum mortale, potest petere debitum ab infideli, & reconciliari eum sibi, siue penitentem de contumelia, siue manentem in ea, & ita exigi debitum; & tamen infidelis non potest cogere fidelem ad cohabitandum ei, aut ad debitum reddendum &c. Arque hæc de 1. argumento.

300. Ad secundum (inquit Abul.) Dicendum, quod infidelis peccat in Matrimonium; non quidem in sequens Matrimonium, sed in præcedens (quæ est responsio Glossæ supra verb. *Et in Matrimonium*) Pro quo sciendum, quod cum infidelis recedit à fideli, siue nolens cohabitare, siue in aliis duobus casibus, siue Matrimonium contrahat, siue non contrahat, semper peccat in Matrimonium, & est peccatum in Matrimonium præcedens; nam si contrahat, antequam contrahat fidelis, peccat in Matrimonium; scilicet, quia priori Matrimonio, quod est verum, præjudicat, cum non teneat secundum, sed sit adulterium, & tamen in præjudicium primi contrahatur: si autem non contrahat, sed solum recedat, adhuc peccat in Matrimonium; quia ex debito Matrimonii tenebatur cohabitare conjugii, nihil peccanti; recedendo ergo peccat contra legem Matrimonii, ex qua competit jus cohabitandi, & reddendi exigendique debitum.

301. Etiam dicitur, quod peccat infidelis in Deum: hoc non est speciale, sed generale est in omni peccato, quod fit contra Deum, cum sit transgressio alicujus divini præcepti.

Cum autem dictum est, quod peccabat in Matrimonium, exprimitur specialis ratio peccati hujus, & hoc non est potius si contrahat, quam si non contrahat: si tamen recesserit infidelis à fideli, & non contraxerit infidelis, quousque contrahat fidelis; non peccat contrahendo postea, neque contra

Deum, neque contra Matrimonium, ut dictum est, quia licite contrahit; sed peccavit prius contra Matrimonium, recedendo à fideli, in quo ei præjudicabat. Hæc Abulensis.

Nec habeo, quod opponam. Solutio est pro doceri, quomodo fidelis possit reconciliari infidelem, permanentem in contumelia Creatoris. Enim vero, ut patet ex dictis, nequit ei cohabitare, absque gravi peccato, nisi ob majus bonum. Alioquin non est dubium, quin si petat debitum, teneatur reddere.

Si autem à me quæritur; quid credendum de principali controversia? Respondetur si rationem spectemus, sententiam dicitur longe esse probabilior, quæ, præter enumeratos ab eo, sequuntur Bonavent. 2. 2. d. 2. punct. 7. n. 7. Fillucius in 1. 2. d. 2. c. 7. n. 248. Coninck disp. de d. 9. c. 66. Casus. Perez disp. 36. sect. 9. 2. d. 2. c. 1. n. 509. Averlaq. 2. sect. 5. §. Duo suntque, dicitur, plerisque concedere, ex hoc tunc nullum esse peccatum, quoniam nulli per prohibum.

Unde quod dicit Pontius sup. n. 26. licet: Hanc penam non Ecclesia, sed Deus infligit propter injuriam, quæ infidelis spiritum Deum, veram fidem, & veritatem Sacramenti Matrimonii efficit, cujus poenæ Ecclesia est promulgata; hoc, inquam, non supponendum, sed probandum est.

Fatemur, quod Deus, si voluisset, potuisset talem penam infligere propter peccatum, ab infideli committum, non sequendo conjugem, venientem ad fidem; sed obtinendo se in infidelitate, & in hoc continuo peccato permanendo: sed ubi Deus infligit talem penam, hoc opus, hoc labor est, ut ostendatur. Afferunt quidem talem penam infligam D. Thomas, & S. Bonavent. 2. 2. d. 2. c. 1. n. 509. voluerimus eis credere, non peccantibus, & si noluerimus, non erimus poenæ damnati, donec id quod asserunt, vel in Scriptura, vel Traditione, aut ex Concilio Oecumenicis lucide definiatur.

Expectabimus ergo illam definitionem, & interea transibimus à Matrimonio consummato, de cujus indissolubilitate, & indissolubilitate hæcenus tractavimus, ad Matrimonium ratum; quod & ipsum, siue per se indissolubile sit, ut patet ex supra dictis, equidem hic & nunc dissolvi potest per anteriorem potestatem, & de facto dissolvitur, ut edissero Conclusionem sequenti, quæ talis est.

B. O. S. C. O.  
Sacramentum  
paris  
L. O. Y.

CONCLUSIO VII.

Matrimonium ratum sæpius ob causam dissolvit Ecclesia.

304. Diversa dispensationes in Matrimonio rato ex Antonino. R Es facti est, supponens tamen jus dissolvendi; alioquin dissolutiones factæ invalidæ fuissent. Porro Ecclesiam sæpius ob causam dispensasse, testis est in primis S. Antoninus 3. part. tit. 1. c. 21. §. 3. in fine, ibi: Vidi aliquas Bullas, & Mart. 5. & Eug. 4. continentis talem dispensationem, sive dissolutionem Matrimonii non consummati, contrahentibus postmodum illis cum aliis. Unde tales non sunt condemnandi; sed nec consulendum est alicui, ut procuret talem dissolutionem sive dispensationem, cum Theologi videantur tenere, quod non possit dissolvi, nisi per ingressum Religionis. Ita Antoninus.

305. Navarrio. Secundus testis est Navarrus, Sum. latina c. 22. n. 21. ubi sic ait: Dividitur etiam (Matrimonium) ante consummationem per dispensationem Papæ, iusta de causa factam, secundum Glossam singularem cap. Ex publico, de Convers. conjug. receptam ab omnibus puris Canonistis, & à Theologis Canonum peritis, contra puros Theologos, excepto Cajetano to. 1. Opuscul. tract. 28. Quorum opinio adeo servatur, quod etiam ter vel quater ad petitiones, consilio meo, antequam in Urbe venissem, oblatas, fel. record. Paulus 3. & Pius 4. per suas dispensationes dissolverunt quædam Matrimonia, omnino clandestinè contracta, nondum consummata, in remedium animarum, alioquin probabiliter periturarum.

306. Cajetano. Quod attestor, ne quis secutus Sotum lib. 7. de Just. & jure, contra Cajetanum unum, scrupulum ingerat iis, qui ejusmodi sanctissimâ gratiâ fruuntur, vel posthâc fruuntur: nam & post eum Michaël à Medina lib. 5. de Sacror. homi. continentia, & Cajetanum & communem est secutus. Hæc ille. Et Cajetanus dict. loco ait: Nostri temporibus pluries hoc factum videtur.

Idem testatur Henriquez lib. 11. de Matr. c. 8. n. 11. ibi: Tuta est sententia in praxi, & probabilior, valere dispensationem ex Papæ auctoritate divinitus datam, & licitam esse, dum urget gravis causa. Sic quidam Pontifices leguntur dispensasse, ut Mart. 5. Eug. 4. Benedict. & sæpè Pius 4. & Gregorius 13. Et in Comment. lit. F. sic lego: Navar. c. 22. n. 21. ait, quod Pontifex ob illius intercessionem dispensavit cum 7. Imo & Greg. 13. uno die dispensavit cum undecim. Hæc ille.

307. Sed malè legit Navarrum, ut patet ex his malè in verbis ejus supra relatis; non enim dicit:

Ter & quater, quæ faciunt 7. sed: Ter vel quater. An autem Ter vel quater secundum Henriquez sint idem, quod 7. nescio, saltem secundum me non sunt septem, nec secundum aliquem possunt esse septem, si ly Vel, accipiatur disjunctivè, sicut communiter accipitur. Nec apparet, quare hic deberet accipi conjunctivè pro ly Et, quamvis subinde ita accipiatur.

Et verò Greg. 13. uno die cum undecim dispensasse, reverà satis multùm est, ut quis credere debeat; fortè & hic Henriquez pro quinque vel sex, legit quinque & sex, quæ idem sunt, quod undecim.

Quidquid sit de hoc numero, nullus negat; Pontifices sæpius dispensasse factò, an etiam jure, id est, quod hic disputatur. Et verò jure saltem probabili fecisse, non videtur negandum; tum propter auctoritatem gravissimorum Doctorum, Pontifici concedentium eam potestatem; tum propter bonas rationes, quibus hi Doctores innituntur, ac proinde Omnes fateri debent, rem hanc ad minimum esse dubiam: in dubiis autem sententiæ Superioris standum est; arg. cap. Ad aures, de Tempor. Ord. ibi: Honestius & tutius est subjctis, debitam Præpositis obedientiam impendendo in inferiori ministerio deservire, quam, cum Præpositorum scandalo, graduum appetere dignitatem.

Ubi Gloss. verb. Obedientiam, in fine: Si verò dubium sit præceptum, propter bonum obedientiæ excusatur a peccato, licet in veritate sit malum, 23. q. 1. Quid culpatur, ibi: Ergo vir justus si forte sub Rege homine, etiam sacrilego, militet, rectè potest illo jubente bellare, si vice (aliàs civica) pacis ordinè servans, quod sibi jubetur, vel non esse contra Dei præcepti certum est, vel utrum sit, certum non est, ita ut fortasse reum faciat Regem iniquitas, innocentem autem militem offendat ordo serviendi. Ita Divus Aug. lib. 22. contra Faustum c. 75.

Cum ergo saltem dubium sit, immo probabile valde, Pontificem habere potestatem dissolvendi Matrimonium ratum non consummatum, sic dissolutus à Matrimonio rato, tunc poterit ad alias nuptias transire.

Atque hæc est prima probatio Sanchez lib. 2. disp. 14. n. 2. (ubi tenet hanc sententiam tamquam probabiliorè) scilicet factum tot Pontificum, quibus utique cum totius Ecclesiæ regimine incumbat, Spiritus S. magis afflirit; & videtur non parvus error in regimine, si Matrimonia illa verè non fuissent dissoluta, & per consequens, subsequenti Matrimonia invalida, & omnes copulæ adulteria, saltem materialia.

Sed huic factò recentiorum Pontificum, ut eos vocat Pontius lib. 9. c. 3. n. 4. opponitur (inquit ille) judicium antiquorum. Nam Alex. 3. in App. Concil. Lateran. p. 6. B b b b b 3

relaxis Navarri.

308. Dispensationes illas fuisse justas probatur.

Cap. 5. de Temp. Ord.

309. Fuisse non parvus error in regimine Ecclesiæ si fuissent invalida. Sanchez.

310. Pontius op. ponti judicium antiquorum.

304. Diversa dispensationes in Matrimonio rato ex Antonino.

305. Navarrio.

306. Cajetano.

Sous. Medina.

Henriquez.

307.

CON.

quorum Pontificii, Alex. tertii,

cap. 8. inquit: Super hoc inquisitioni tue taliter respondemus, quod si legitimus consensus ea solemnitate, qua fieri solet, presente scilicet Sacerdote, aut etiam eius notario, sicut etiam in quibusdam locis adhuc observatur, coram idoneis testibus interveniat de presenti, ita quod unus alium in suo mutuo consensu verbis expressis recipiat, utrimque dicendo: Ego te recipio in meam, & ego te in meum, sive sit iuramentum, sive non, non licet mulieri alii nubere, & si nupserit, & fuerit carnalis copula subsequuta, ab eo separari debet, & ut ad primum redeat, Ecclesiastica districtione compelli, quamvis alii aliter sentiant, aliter etiam a quibusdam prædecessoribus nostris sit aliquando iudicatum. Ita Alex. 3. Salernitano Archiepiscopo, & refertur extra de Sponsa duorum, cap. 3.

808  
qui reprobat iudicium prædecessorum suorum,

Ubi reprobat iudicium prædecessorum suorum, qui iudicaverant, se posse dissolvere Matrimonium ratum non consummatum, idque re ipsa fecerant in calu proposito, scilicet, secundo jam contracto Matrimonio & consummato, ad multas evitandas diffensiones, ut jam deinceps dissoluto primo, possent tuta conscientia in secundo, quod cohabitatione confirmabant, remanere.

311. & Innoc. 3.

Idemque eod. tit. c. 5. rescribit Innoc. 3. Mutinen. Episcopo in hæc verba: Ne vero turpis sit pars, que suo non congruit universo, & Ecclesia Mutinen. tenere debeat humiliter & servare, quod B. Petri Sedem, & suam Metropolitim sequi viderit, & docere: In Matrimonii de cetero contrahendis illud te volumus observare, ut postquam inter legitimas personas consensus legitimus inter venerit de presenti, qui sufficit in talibus, juxta Canonicas sanctiones, & si solus defuerit, cetera etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur, si persona junctæ legitime, cum alius postea de facto contrahant, quod prius de jure factum fuerat, non poterit irritari.

312. qui reprobat consuetudinem solvendi Matr. ratum.

Ubi Innoc. reprobat consuetudinem, que (ut dicitur in priori parte d. cap.) dicitur in Mutinensi obtinuit civitate, ut si quis juraret se aliquam ducturum, & circa carnis copulam desponsasset, si consequenter desponsasset aliam, & etiam cognovisset, primo cognita ad iudicaretur viro, non que prius extitit desponsata.

Non tamen vocat eam corruptelam.

Sed quamvis hanc consuetudinem, ut dixi, & patet ex posteriori parte d. cap. reprober, haud equidem vocat eam corruptelam; sicuti in jure solent vocari consuetudines, que sunt contra jus naturale, cap. 11. de Consuetudine, sequentis tenoris: Cum tanto sint graviora peccata, quanto diutius infelicem animam detinent alligatam, nemo sane mentis intelligit, naturali juri (cujus transgressio periculum salutis inducit), quacumque con-

Cap. 11. de Consuet.

suetudine (que dicenda est veris in hac parte corruptela) posse aliquatenus derogari. Ita Greg. 9.

Cur autem Innoc. non vocet dictam consuetudinem civitatis Mutinensis corruptelam, forte; quia initium habuit legitima dispensatione alicujus Pontificis prædecessoris, de quo Alex. 3. quamvis ibi potuit Innocentius revocare, & de facto revocavit, judicans utique, vel Pontificem non habere potestatem dispensandi, aut certe illam causam non fuisse sufficientem; maxime pro lege aliqua generalis constituenda, ut Matrimonium ratum per subsequens consummatum dissolvatur.

Unde etiam illi, qui admittunt Pontificem posse dispensare tali calu, negant eum posse generalem legem condere: Vnde dicitur tur enim (inquit Sanchez supra citatus, §. 4.) quedam dissipatio, & deest talis licet nec per injuriam dirimens Matrimonium, ta contra, contrahendo & consummando alio, nec est verisimile, Christum dedit eam Pontifici potestatem, que in destructionem tendit.

Placet audire Covarruviam de hac controversia to. 1. de Matr. part. 2. cap. 7. §. 3. n. 5. Hoc, inquit, vinculum conjugale, etiam ante carnalem copulam, vim propriam & individuan habet connexionem ex divina institutione. Unde fit, ut prior Matrimonio nondum consummato, nec liceat posterius contrahere, nec si contractum fuerit, valeat, nec præferatur priori, etiam si posterius sit carnali copula consummatum, cap. fin. cap. Licet de Sponsa duorum.

Nec refert à quibusdam Rom. Pontificibus quandoque iudicatum fuisse, posteriori Matrimonio, consummatum carnali conjunctione, esse priori, nondum consummato, præferendum, uti refert Alex. in d. cap. Licet: quia dicti Romanæ Pontifices non ita iudicarunt legem condidit. Nam etsi Hostiensis ac ceteri in cap. de Sponsa duorum, dixerint: Papam potest condere legem, qua Matrimonium prius, nondum carnali copula consummatum, per secundum coitu accedente dissolvatur, sicuti possent ipsi Rom. Pontifices dispensatione Matrimonium ratum nondum consummatum dirimere; quorum aliorum Cajetanus etiam comprobat, tamen ab Hostiensis opinio in d. cap. fin. prædicta Hostiensis opinio displicet, nec defendi jure potest.

Ex quo etiam potest perpendi illud dictum ad textum in d. cap. fin. an sit erga decisio servanda in Matrimonio, esse illam Decretalem contractis; in quo consummatum est DD. ibi sententia, quod Matrimonium secunda, carnali copula consummatum, non illud textum, præferenda sunt primis non

317  
Objecit  
l. fin. C.  
de Legib.  
Solutio  
Covar.

B. O. S. C.  
Sac. Matrimonii  
pars 11.  
De Contractu & Sacramento Matrimonii.

consummatis. Quibus accedit, quod consuetudo, cuius ille textus meminit, honesta ac iusta communiter credebatur; quo casu nova lex non vult præterita punire, ex litera ejusdem textus, dum dicit: *De cetero*. Hæc ille.

Et aliquibus interjectis, in quibus docet, consuetudinem illam non dissolvit Matrimonium, quamvis excuserit à peccato, sic ait: Id autem, quod dicit text. in d. cap. *Licet*: à prædecessoribus nostris aliter quandoque judicatum, est referendum ad iudicium particulare ex propria opinione: sicut de Celestino refert textus in c. *Quantum*, de Divort. non autem ad Decisionem Rom. Pontif. atque ita illum textum intelligit Cajet. 2. part. Apologiz de Auct. Eccles. c. 19. Nam textus in d. cap. *Quantum*, dum refert Celestinum dicentem: Matrimonium dissolvi, si alter conjugum labatur in hæresim, est intelligendus ita, ut planè dicamus, Celestinum id sensisse, non tamen legit sanxisse, neque veluti certum diffinisse. Ita Covarruvias.

Et si ei objicias leg. fin. Cod. de Legibus, in principio. *Si Imperialis Majestas causam cognitionaliter examinaverit & partibus cominus constitutis, sententiam dixerit: omnes omnino iudices, qui sub nostro Imperio sunt, sciant hanc esse legem, non solum illi causa, pro qua producta est, sed & omnibus similibus.*

Respondet Covar. sup. §. 4. n. 23. Illa constitutio est intelligenda, quando Princeps Legislator, etiam occasione alicujus controversiæ, quæ inter privatos contingit, legem aliquam, ejusque sensum explicat, & interpretatur eâ mente, ut illa interpretatio vim legis universalis habeat: non autem erit illa decisio admittenda, si simpliciter ipse Rex vel Imperator, aut Pontifex jus dicens privatis, aliquam ferat sententiam, minimè constituens, illius interpretationem generalem fore, nec expressim legis verba ita interpretatur, ut inde constet, voluisse Principem, illam diffinitionem, legis vim obtinere. His addo: verbum, *Judicasse*, in d. cap. *Licet*, in eodem sensu accipi posse, quo verbum, *Sentio*, aut, *Opinor*, quod in hac specie tradit Melchior Cano lib. 6. de Locis theol. c. 8. Hæc ille, quem sequitur Sanchez sup.

Sed revertamur ad Pontium. Pontifices (inquit ille) non judicant causam sufficientem ullam, ad dissolvendum Matrimonium ratum nondum consummatum; cum tamen attigerint nonnullas ex his, propter quas recentiores Pontifices dispensarunt. Senferunt ergo illi, nullam esse causam, ob quam Matrimonium dissolvi possit.

Id, quod dixi, convincit manifestè testimonium Innoc. 3. qui in cap. *Ex parte*, de

Convers. conjug. Archiepiscopo Lugd. de Convers. conjug. scribit in hæc verba: *Ex parte tua est intimatum; quod cum quedam mulier velum viduitatis coram duobus Abbatibus assumpsisset, benedictione solemnè cum celebratione Missæ ac Litaniâ (sicut debuit) accedente, quidam nobilis proponebat, se prius mulierem ipsam mediantibus interruentibus per verba de præsentibus, etiam interpositâ, desponsasse. Et infra. At illa se in illum consensisse confessa, dixit, quod audierat; eum esse leprâ percussum, & ob hoc ejus fuerat abominata complexus. Et infra.*

Nos autem inquisitioni tuæ taliter respondemus; quod eis possit non inconsulte videri, quod ex quo Matrimonium inter legitimas personas per verba de præsentibus contrahitur, illis viventibus in nullo casu possit dissolvi, nisi vivente reliquo alter ad secundâ votâ transmigret; etiamsi unus fidelium, inter quos est ratum conjugium, fieret hæreticus; & noller permanere cum altero sine contumelia Creatoris: nisi forte secus fieret ex revelatione divina, quæ superat omnem legem: sicut à quibusdam Sanctis legitur esse factum.

Nos tamen nolentes à prædecessorum nostrorum vestigiis declinare, qui respondere consulti: antequam Matrimonium sit per carnalem copulam consummatum, licere alteri conjugum, reliquo inconsulto, ad Religionem transire; ita quod reliquus ex tunc legitime poterit alteri copulari: hoc ipsum tibi consulis observandum in articulo prænotario: quamvis falsa sit causa, per quam ad susceptionem veli prædicta mulier est inducitur, cum sine qualibet tali causa id ipsum Religionis obtentu facere potuisset. Hæcenus Innoc.

In quo canone (inquit Pontius) expendo primùm; lepram supervenientem Matrimonio rato, non judicatam esse ab Innoc. 3. sufficientem causam dissolvendi Matrimonium, quam tamen sufficientem judicat Tho. Sanchez lib. 2. disp. 16. n. 5.

Sed næ Pontius malè expendit d. can. quippe Pontifex supponit lepram non subfuisse, seu falsam fuisse, ibi: *Quamvis falsa sit causa (id est, lepra) per quam ad susceptionem veli prædicta mulier est inducitur. Quid autem judicasset, si vera fuisset, unde constat ex illo Canone? Ergo gratis asserit Basilius, lepram ab Innoc. judicatam fuisse causam insufficientem ad dissolvendum Matrimonium ratum.*

Deinde (persequitur Pontius) expendo illa verba: *In nullo casu posse dissolvi, etiam altero in hæresim incidente, nisi tantum ex divina revelatione; atque adeo ob solum ingressum in Religionem, qui casus habetur jam ex divina revelatione. Sensit ergo Innoc. nullam idoneam causam dissolvendi Matrimonium ratum, nisi quæ constiterit ex divina revelatione.*

Unde

319. Resp. Pontificis.

320. An in ea dicatur quod leprâ superveniens non sit causa sufficientis dispensandi.

321. An sentiat Pontif. nullam esse causam sufficientem, præter revelationem divinam, Pontius.

317. Obiecto ex l. fin. Cod. de Legib. Solvitur Covar.

318. Alind arg. Pontius pro dispensatione nec causam dispensandi.

cap. 14.

Panormitanus

Unde Panormitanus, ipsa veritate compulsius, quamvis alibi in cap. Ex publico, de Convel. conjug. oppositum senserat, in hoc cap. in vers. Nos autem, hæc scribit: Argumentum valde optimum, quod Matrimonium contractum per verba de presenti, etiam carnali copula nondum consummatum, non potest dissolvi, nisi in casibus à jure expressis. Unde pondera textum in vers. Nullo casu, juncto vers. Nolentes &c. & sic satis bene facit iste textus in arg. Papam non posse dissolvere tale Matrimonium, nisi ex causa in jure expressa, vel omnino sibi simili. Hæc ille.

322

An Panormitanus sit hic sibi ipsi contrarius.

Planè ita loquitur Panormitanus in hoc cap. Sed nunquid sibi ipsi contrarius in d. cap. Ex publico? Poterit Lector judicare ex iis, quæ subjicio. Sic itaque ait. Concludit ergo ipse (Hostienensis) quod circa consummatum Papa non dispensat inter fideles; quia cum consummatio consistat in facto, non potest haberi pro non facta, 32. q. 5. c. Si Paulus, l. In bello, §. Facta ff. de Cap. & postli. re. Sed in non consummato Papa potest dispensare.

Unde dicit mirabile verbum; quod consensu utriusque sponsi potest Papa ex potestate absoluta dissolvere tale Matrimonium, nullà alià causa existente; sed ex potestate ordinaria potest ex causa dissolvere tale Matrimonium, ut hic (ubi causa erat ingressus Religionis) & idem secundum eum dicendum simili casu. Et nota illa verba: De potestate ordinaria & absoluta.

323. Exemplum cuiusdam Principis potentis dispensationem.

Pet. tamen hic recitat, quod dum quidam Princeps peteret ab Innoc. Papa, ut dissolveret Matrimonium non consummatum, per eum contractum; Papa respondit, se non posse; Principe allegante hanc Glosam (verb. Consummatum, ibi: Vincentius dixit, quod Papa per dispensationem posset dissolvere tale Matrimonium) respondit Papa: Maledictus qui te docuit. Dicit, se tamen ignorare, an Papa dispensaverit; nec refert, quare maledixit Docentem; sed fortè ex eo, quia sine causa maxima non deberet Papa hoc facere. Cum his dictis Hostienensis, transeunt communiter DD. hic. Hucusque Panormitanus, referens solum sententiam Hostienensis, & Petri de Pal.

324. Expenduntur aliqua

Præterea; nunquid Panormitanus usquam significat, causam in jure expressam, vel omninò similem, quam ipse judicat sufficientem, ut Papa Matrimonium ratum non consummatum possit dissolvere, necessariò habendam esse ex revelatione divina? An fortè nihil exprimitur in jure, nisi quod habetur ex revelatione divina?

Expendere debuisset Pontius hæc verba dicti Canonis: Quod etsi possit non inconsultè videri &c. Ubi Pontifex non affirmat abso-

lutè, rem ita se habere, sed, Non in consuetudine, non improbabiter posse asseri, quod Matrimonium ratum nequea dissolvi, nisi ex revelatione divina, scilicet alicui in particulari facta, ut colligitur ex illis verbis: Sicut à quibusdam Sanctis legitur expressè, puta Macario & Alexio, 27. q. 2. c. Scripsit §. Ecce. ubi non in illis verbis. Nota autem; quod sequitur: Non tenent volentes &c. id est, tamen id aliquis potest dicere, idque non inconsultè, nihilominus nos dicimus, Matrimonium ratum non consummatum dissolvi per ingressum Religionis. An fortè, quia hoc Deus revelavit? Nulla mentio revelationis; sed, Nolentes à prædecessorum nostrorum consuetudine. Porro prædecessoribus hoc divinitus revelatum fuisse, unde constat. Hæc ergo probandum manet. Porro, alio Matrimonium illud; Innocenti non committententum.

no Nunquid testimonium Nicolai Pontificis? Refertur 32. q. 7. c. 21. ubi, quod Matrimonium sani contractum, & in actu ad consummationem, aut furor aut aliqua infirmitas supervenit, ob hanc infirmitatem conjugum ratum non possunt. Similiter sententiam dicitur, qui ab adversariis exsecantur, aut non in iruncantur, aut à Barbaris exseci furor.

Ex quibus (inquit Pontius sup. c. 6.) manifestum est, supervenientem impotentiam non videri Nicolao sufficientem causam dissolvendi Matrimonium; & tamen Th. Sanchez disp. citata n. 6. cum Allis, quæ refert, existimat, sterilitatem, vel etiam odium, & minor alia præbere sufficientem causam dissolvendi Matrimonio. Hæc ille.

Sed, meo iudicio, neque hic textus quidem quam evincit; hiquidem non solum loquitur de Matrimonio rato, non consummatum; sed generaliter de quocumque Matrimonio; clarum autem est, Matrimonium ita generaliter acceptum non posse dissolvi ob infirmitatem, aut impotentiam supervenientem; quia non Matrimonium consummatum; imò nec ratum tantum, propriè auctoritate conjugum. An autem id Pontifex posset facere, ibi non disputat Nicolaus; nec de eo fuerat interrogatus.

Ut ergo aliquid convinceret Pontius, adducere deberet testimonium alicujus Pontificis antiquioris, aut recentioris, qui interpellatus pro dispensatione Matrimonii tantum rati, ex causa infirmitatis aut impotentiae supervenientis, noluerit dispensare; alioquin perperam contra factum recentiorum Pontificum, opponit iudicium antiquorum.

Siquidem recentiores Pontifices requisiti, ut dispensarent ob infirmitatem supervenientem, dispensarunt; nam dum à Sixto

BIBLIOTHECA SACRAMENTORUM MATRIMONII

4. peteretur dispensatio in Matrimonio rato, fuerunt ei productæ quatuor copix dispensationum similium, factarum per Mart. & Eugen. 4. In una propter lepram superuenientem; in alia propter odium & malevolentiam, quæ emerferat inter virum & uxorem, ad scandala ulterius vitanda, ut refert Paulus Burgal. de Irregularitate 6. part. tit. de Sponsal. & Matr. n. 74.

Proflus, inquis, sic refert dictus Auctor. Sed etiam refert Soto 4. dist. 27. q. 1. a. 4. quod Adrianus 6. vir cum utriusque juris peritissimus, tum & rei Theologicæ non infimè doctus, cum ab illo hujusmodi dispensatio fuisset postulata, oblataque faurix sententia Cajetani, demiratus est, virum Theologum hoc sibi in animum inducere potuisse: & idè improbis precibus succumbens respondit, se dare quod posset, sed tamen credere nihil posse. Hæc Sotus.

Verum nec hoc testimonium iuvat Pontium; cum hic Pontifex sit recentior iis, qui crediderunt se posse dispensare, & dispensarunt.

Ex quibus omnibus patet; sententiam, quæ docet, Pontificem posse dispensare, pro se habere, non solum recentiores Pontifices, sed etiam antiquiores Alexandro 3. & aliis, quos Pontius adducit. Quippe supponit Alex. suos prædecessores aliquando aliter iudicasse. Atque hæc satis de prima probatione Sanchez, desumpta ex auctoritate Pontificum, seu eorum factis, id est, diversis dispensationibus in Matrimonio rato non consummato.

330. Sequitur secunda probatio ex ratione quasi à priori, quæ talis est: Pontificis potestas, quantum licet extendenda est, in iis præsertim casibus, qui Ecclesiæ utiles sint; credendum enim est, Christum, qui in necessariis non deficit, suo Vicario contulisse plenam potestatem ad ea, quæ bono Ecclesiæ regimini necessaria sunt: sed potestas dispensandi in Matrimonio rato, erat valde necessaria in Ecclesia: sæpè enim eveniet, ut Matrimonio rato dissoluto, multa scandala cessent: quod frequenter contingebat ante Trident. cum multi clam cum una, & ante consummationem publicè cum alia contrahebant, & Ecclesia cum non iudicaret de occultis, compellebat ad posterius Matrimonium invalidum, & ita manebant hi absque remedio: ergo credendum est, Christum hanc potestatem Pontifici contulisse. Ita Sanchez.

331. Sed hæc ratio multis modis infringitur & enervatur, inquit Pontius sup. n. 10. In primis; nam licet scandala activa vitanda sint, & in scandalo passivo, quod ex proximi fragilitate provenit, aliquid sit condonandum ejus infirmitati; attamen scandalo,

quod provenit ex depravatorum hominum malitia; nulla ratio postulat, ut occurratur indulgendo, sed coercendo & reprimendo. Cum ergo, qui clandestinè cum aliqua contraxerat, postea contrahit cum alia, cum qua scit nullum esse conjugium, satis indicet pravum animi affectum, parùm curandum de seditione, quæ ex eo oriri potest; sed legibus comprimendus; ut stet Ecclesiæ iudicio. Et aliàs eà potestate concessâ, homines sic contrahentes impunè foeminas illuderent; cum scirent dispensandum à Pontifice ob scandala & dissensionem, si publicè etiam cum alia contraherent.

Deinde, eam rationem locum habere dici utcumque posset, si aliàs Ecclesia potestatem non haberet, quâ hujusmodi malis posset occurrere. Habet autem, quandoquidem potuit omnia clandestina Matrimonia irrita reddere, quod & fecit: & licet non in omnibus Regnis ea lex observetur; potest tamen Ecclesia suo jure ubique promulgare, & ad ejus legis observationem omnes universim compellere. Si ergo tam facillè illis damnis occurrere potest, cur dicemus potestatem dissolvendi Matrimonium, naturâ suâ insolubile, relictam Pontifici ad peculiares casus? Ita interrogat Basil. sup. n. 11.

332. Responderi posset: Ecclesiam in particulari casu non tam facillè posse occurrere illis damnis, quæ nata sunt provenire ex Matrimonio rato, etiam publicè contracto; utputà si viro non conveniat cum foemina, si illi ista, & isti vicissim ille exofus sit ac gravis; si ex quo mutuum sibi ac reciprocam fidem sunt polliciti, causa se nova diffidii prodidit, ac verò etiam futuri inter eos divortii; v.g. quia amborum alter turpi ac foeda laborat in valetudine; quæ ne ad sanum penetrer eumque malè perdat, metuendi justa est causa. Et quamvis Ecclesia jure suo posset eos coercere & reprimere, præsertim quando ex mera malitia conjugum timentur illa damna; tamen sæpè non expedit, cum bono particulari, tum bono communi; præsertim quando timentur ex fragilitate conjugum: cur ergo non dicemus, Pontifici à Christo relictam potestatem dissolvendi hujusmodi Matr. rata, estò ex natura sua, seu potius ex institutione Divina, juxta alibi dicta, insolubilia? Neque enim ita Matrimonia rata, imò & consummata, naturâ suâ indissolubilia sunt, quin si Deus voluisset, Pontifici potestatem ea dissolvendi concedere potuisset.

Prorsus, reponit quispiam, potuisset concedere potestatem dissolvendi, etiam Matrimonia fidelitum consummata: & quidni concefferit, si ratio illa Sanchii aliquid probat? Quoties enim (inquit Pontius supra n. 12.) Matrimonia clandestina contrahentes consummabunt etiam clandestinè, antequam

Ccccc

quam

332. Secundo;

333. Resp. ad 1. & 2.

334. Tertia imo pugnatio Pontii.

quam cum secunda publicè contrahant? Si ergo pro data sibi potestate Ecclesia compellat ad cohabitandum secundæ, cum qua publicè contraxit, & idèò dissolutum esse vult primum; planè ut illorum animorum quieti consultum esset; non tantùm expedit collatam facultatem ad dirimendum ratum, sed etiam consummatum; aliàs ea scandala, quæ isti grave malum putant, non cessarent, neque haberet Ecclesia quidquid ad bonum regimèp necessarium est. Hæc ille.

335. *Quarta.* Et prosequitur n. 13. dicens: Denique; si, ut hac via occurreretur gravibus inimicitiiis atque discordiis, quæ dissoluto aliquo Matrimonio rato, sedari possunt, idèò concessam hujusmodi facultatem putant, eadem etiam ratione convincitur, datam etiam, ut dispenset in Matri. consummato fidelium. Nulla enim hæctenus Navarrus, aut Alii ejus sententiæ validi propugnatores, adèò gravia incommoda emeruisse in Ecclesia, aut adèò perniciosas seditiones excitatas legerunt, vel audierunt sedatas, dissoluto Matrimonio rato, quæ comparari ulla ex parte possint cum his seditionibus, quæ toti Ecclesiæ lugubres extiterè, & dissoluto Matrimonio: consummato facilè sedari potuissent.

Nam, ut ea omittam, quæ olim vidit Gallia atque Germania, dum nonnulli Reges repudiatis primis uxoribus, cum aliis de facto, non de jure contraxerunt, quorum conjugiorum causa Christianus orbis sæpè afflictatus est; quid comparari potest cum Anglici regni jactura, quam multis sæculis lugebit Ecclesia, cui facilè occurri potuisset dissoluto Matrimonio rato consummato Henrici 8. cum Catharina?

336. *Gravia incommoda non convincunt Papam posse dispensare in Matri. consummato.* Quod si adèò gravia incommoda, quæ hæctenus vidit Ecclesia, & præ quibus omnia alia levissima sunt, non convincunt, collatam esse à Deo Pontifici potestatem dispensandi in Matrimonio consummato, quâ potestate concessâ ingentia scandala, ut isti loquuntur, cessassent, graves discordiæ, & toti orbi Christiano perniciosæ sedatæ essent; cur levia alia incommoda & scandala activa ex hominum malitia profecta, quæ dicunt isti sedari, dissoluto Matrimonio rato, convincent, datam esse ejusmodi potestatem Ecclesiæ; maximè cum faciliori medio illis malis Ecclesiæ, potestate sibi tradita, occurrere posse ostenderit? Ita rursum interrogat Basilius.

337. *Resp. ad 3. Et 4. impugnationem.* Sed interrogo & ego unum verbum: Quod est illud facilius medium? Irritatio inquis, Matrimonii clandestini. Quæro iterùm: Nunquid hodie cessant illa mala, propter quæ vitanda Sanchez & Alii admittunt, Pontificem posse dispensare in Matrimonio rato non consummato? Cla-

rum est, quòd non; & certum est, Scelera Apostolicam post Tridentinum, & per consequens post irriationem Matrimonii clandestini, dispensasse. An forte sine causa? Nequaquam hoc præsumendum est de Vicario Christi; ergo per illam irriationem non satis occurrit illis malis, quæ sobole nata sunt sequi ex Matrimonio rato, nisi per superiorem potestatem dissolvatur.

Igitur aliud medium facilius mensurandum Pontio, præter illam irriationem, & dissolutionem. Vel certè dandum, non esse necessarium, ut Ecclesia illis malis occurrat, sicut non occurrit illis malis, quæ eveniunt ex Matrimonio consummato. Cur enim potius, dicit aliquis, dispenseat occurrere illis malis, evenientibus ex uno Matrimonio, quàm ex alio? An forte, quia unum potest dissolvere, & esse aliud? Sed hoc est quod queritur, quæ potestas unum possit dissolvere: propter hæc ut illa mala, quàm aliud propter aliam, vel etiam majora mala.

Respondeo: quia unum est magis solubile, quàm aliud; quippe coactus est de, Matrimonium ratum solvi de facto per solemnem Professionem Religionis, per quam tamen non solvitur Matrimonium consummatum. Quare? Quia Deus voluit, Cur autem sic voluerit, penes ipsos qui Matrimonium, & ejus indissolubilitatem instituit, & in veteri lege, ut supra vidimus, concessit dissolubilitatem etiam Matrimonio consummati; ut quoque in nova lege, quando unus infidelium convertitur ad eundem, altero renuente legitime cohabitatio non obstat, quòd eadem inconvenientia possint oriri ex hac dissolutione, quæ ex solutione Matrimonii consummati fidelium.

Ratio itaque à priori, voluntas Dei, non potest esse injusta, sed semper rationabilis est, quàmvis rationes sæpè non deprehendantur. Impraesentiarum, quæ voluntas Dei per Professionem solemnem dissolvit vinculum Matrimonii consummati, veluti rati, forsità ratio fuit; quia unum vinculum sine minori inconvenienti dissolvi potest, quàm aliud, ut nimis clarum est. Præterea, quia Matrimonium consummatum significat unionem hypostaticam Verbi cum humanitate omninò indissolubilem; etque non solum essentialiter, sed etiam integraliter & accidentaliter perfectum; Matrimonium autem ratum integraliter & accidentaliter imperfectum, significans unionem Christi cum anima per charitatem, quæ non raro dissolvitur per peccatum mortale; non quidem in universum, sed hæc & nunc in particularibus membris Ecclesiæ.

Igitur ex eo, quòd Pontifex possit dis-

B O N O  
Sacramentum  
paris  
LXXX

pensare in Matrimonio rato, ad evitanda aliqua inconuenientia, non rectè inferitur: ergo etiam potest dispensare in Matrimonio fidelium consummato, ad evitanda eadem vel maiora inconuenientia. Ratio à priori, sicut antè dixi. voluntas Christi, quæ cognoscitur ex factis Pontificum, qui in uno Matrimonio sæpiùs dispensarunt, ut ostensum fuit; in alio autem nunquam, tametsi timerentur alioqui gravissima mala; signum profecto, quoddè edocti, ut piè creditur, à Spiritu sancto, non agnouerint in se potestatem dispensandi in uno Matrimonio, secus in alio.

341. Non est uero verisimile. P. 1. in hoc quod resp. Diana.

Non est ullo modo verisimile (inquit Diana part. 8. tract. 1. resol. 61. ubi diffusè tractat hanc controuersiam) Pontifices in re tanti momenti errare, cum eorum error grauius Ecclesiæ noceret. Nam non solum esset in facto, sed redundaret in doctrinam Ecclesiæ perniciosa; quia suo facto implicite docent, post Matrimonium ratum conjuges posse à se inuicem separari sine injuria, & sine graui irreuerentia erga Sacramentum.

Confirmatur; eorum error esset circa unum ex præcipuis capitibus Religionis nostræ, qui sanè esset intolerabilis.

342. Obiectio soluitur.

Dices: errorem tantum esse speculativum, in quo excusantur, èd quodd sequantur probabilem variorum DD. sententiam. Respondetur: id non satisfacere, cum etiam error speculativus in doctrina morum, vel in facto, ex quo sequeretur error in doctrina morum, & præsertim in Sacramentis, esset perniciosissimus Ecclesiæ. Undè dicendum, Pontificem in hoc non solum excusari propter DD. auctoritatem; sed potius ex eo, quod adhibito maturo examine id fecerit, confirmari DD. sententiam.

Confirmatur propositio.

Confirmatur propositio; nullus potest dubitare, quin Dominus Deus non solum in favorem Religionis, sed etiam variis aliis de causis possit Matrimonii vinculum solvere; nec potest merito dubitari, quin possit hanc facultatem communicare Ecclesiæ; cum ergo nihil sit, quod aperte contrarium evincat, ex facto Pontificum omnino dicendum est, eam communicasse, ne alioquin Ecclesia ex eorum facto gravissimè deciperetur. Hactenus Diana.

343. Gregor. 13. dispensavit cum duce Albano.

Et aliquibus interpositis ait, Gregorium 13. dispensasse cum duce Albano vulgò de Alva de Tormes, qui contraxerat primò Matrimonium de præsentem per Procuratorem cum filia ducis de Alcalá, Hispali; & secundò cum alia, quod consummaverat ..... Et certè sufficere deberet cuicumque Christiano, quantumvis litterato, Romanos Pontifices (& præcipuè B. Pium V. alioqui sanctissimum, ac eximium Theo-

logum) sæpè dispensasse in prædictis Matrimonii nondum consummatis, quod facere solent, vel pro pace servanda, vel pro odio & inimicitis evitandis, ortis post contractum Matrimonium; vel propter lepram supervenientem, vel ob promovendum virum ad Episcopatum ratione majoris boni, vel ut permaneat in secundo consummato. Hæc ille.

344. Causa propter quam potest dispensari. Sanchez. Pontius.

Plures adhuc causas enumerat Sanchez supra disp. 16. quas his verbis perstringit Pontius sup. n. 14. Prima est: conditionis disparitas; nam Matrimonia ut sua via sint, inter æquales esse oportet. Secunda; gravis timor scandalum futuri, ex quo rixæ & neces oriri posse credantur. Tertia; fornicationis timor, èd quodd uxor non placeat. Quarta; si vir omni conatu quærat uxorem repellere, absque sanioris mentis spe; cui adde odium, quod inter conjuges emerfit. Quinta; lepra superveniens, & adde etiam, contagiosum morbum. Sexta; impotentia superveniens; imò & addunt alii sterilitatem. Septima, quando alter conjugum dicit, se non habuisse animum contrahendi, & ut præstet verum consensum nullo modo induci potest. Octava; ut vir efficiatur Episcopus. Postremam addunt alii; mutuam conjugum consensum. Ita Pontius.

345. Contra arguit Pontius, & probat non sufficere nisi in rarissimo casu.

Et continuo subdit: Hæc certè omnia, simul in unum conjuncta, levissima sunt, si comparantur cum his, quæ supra retulimus, & dissoluto Matrimonio consummato cessassent. Et, ut verum fatear, quoties has causas ab Auctoribus assignatas, considero, videntur mihi, ferè omnibus dissolvendis Matrimonii viam aperuisse. Nullum enim ferè contrahitur, in quo istarum causarum aliqua reperiri non possit, aut harum exemplo aliæ similes; cum tamen, licèt daremus, posse Pontificem dispensare, non nisi cum magno Principe, & ubi alicujus Regni jactura immineret, faciendum esset. Idque sic ostendo.

346. exemplo status Monastici.

Obligatio Status monastici apud Deum non major est, neque strictior, quàm cujuslibet alterius voti simplicis; & tamen cum Pontifex quotidie dispenset in votis simplicibus, Statu monastico nullum liberat, nisi ne alicujus Regni deficiat hæres; quia Matrimonium quoddam spirituale cum Religione, cui se etiam tradidit, contractum est. Et tamen sæpè ex non dissoluto Statu monastico graves rixæ, inimicitia, infelices exitus, fornicationis pericula, animus aversus ab Institutis Regularibus sine probabili correctionis spe, defectus consensus, quem ut præstent induci non possunt, morbi contagiosi supervenientes, quibus redduntur inhabiles ad obsequia præstanda Religionem, cui

cui se traditionis contractu obligarunt, mutuo etiam Religionis & Religioi consensus.

Quod si nulla istarum causarum idonea censetur ad dispensandum in obligatione Status monastici; in Matrimonii vinculo, jure naturali insolubili, & ex cujus dissolutione majora possunt incommoda sequi, quam ex dissolutione Status monastici, adeo leves causas dicemus sufficere? Nequaquam sane. Hucusque Pontius.

347. *Toris singula causa sufficiens.*  
Examinemus singula: atque in primis ait: *Hæc omnia simul in unum conjuncta levissima sunt* &c. Responderetur: satis gravior esse, non solum omnia simul in unum conjuncta; sed etiam fortè singula, non ut Pontifex debeat dispensare, sed ut possit, si ita sibi expedire videatur, possit, inquam, dispensare in vinculo Matrimonii rati, quod longè minus est vinculo Matrimonii consummati, per quod conjuges effecti sunt una caro; & ex cujus dissolutione longè minora, ut supra dictum est, & cuilibet rem consideranti patet; nata sunt provenire inconvenientia, quam ex dissolutione Matrimonii consummati.

Nec ideo aperitur via, omnibus ferè Matrimonii dissolvendis; quia raro occurrit aliqua ex causis assignatis ante consummationem Matrimonii, quæ plerumque brevi ipsum contractum subsequitur, antequam conjuges se mutuo adhuc penitus noverint; & sicut supra insinuavi, et si Pontifex ob illas causas posset dispensare, tamen non semper tenetur; sed potest plerumque cogere conjuges ad Matrimonii consummationem; unde etiam de facto rarissime dispensat, quia judicat nimiam frequentiam minimè expedire bono communi, propter inconvenientia, quæ nata sunt sequi.

348. *Non est necesse ut sit magnus Princeps cum quo dispensetur.* Perez.  
Porro quod addit; *Licet daremus posse Pontificem dispensare, non tamen nisi cum magno Principe &c.* putat Perez de Matr. disp. 20. sect. 7. n. 11. nimis rigidum esse. Moveor, inquit ille; tum ex ipso usu; nam, ut docent viri graves, dispensarunt de facto Pontifices cum aliis viris, qui non erant magni Principes, nec imminet regi alicujus jactura: usus autem & consuetudo multum valet hæc in re; non enim verisimile est, Pontifices pios & valdè doctos, temerè usos fuisse suâ potestate in re tam gravi. Tum etiam; quia cum Matrimonium ratum sit præcisè vinculum, mutuo consensu conjugum initum, non videtur ita indissolubile, quin per potestatem publicam, supernaturaliter concessam, dissolvi queat ad bonum Ecclesiæ regimen, & ad salutem fidelium spiritualem. Ita Perez. Qui postea responder ad argumenta Pon-

tii, & observat, satis justas esse causas enumeratas à Sanchez, & ab Aliis, ut possit Pontifex dissolvere Matrimonium ratum.

Nam in primis, notabilis in qualitate disparitas, quando contrahentes sunt ratione, biliter conditione imparis; & affectione cæcâ, & magnâ levitate ducti, in eum Matrimonium, causa justa censetur, quæ magis adversatur mutua amicitia ac concordia, ad quam ordinatur Matrimonium, quam notabilis disparitas, inde enim experientia teste, infelices exitus oriuntur.

Præterea; gravis timor scandalis magis futuri, unde graves rixæ ac necesse oriuntur in magnum damnum commune, causæ sufficiens; quia inde facile ad discordiam perpetuam, & uxoris necesse devenit periculum.

Rursus; lepra alteri superveniens, quæ impedit mutuum corpus utrumque, nonnum contagionis periculum, cuius periculum gentissima. Nam Matrimonium ordinatur ad mutuum corporis usum, ratione proles procreandæ, & etiam ad extinguendum ardorè libidinis; & lepra hanc utrumque impedit, ob magnum contagionis periculum; unde absolute finis ordinarius Matrimonii non obtinetur. Unde refert Burgensis de Irregularitate part. 6. tit. de Sponsal. n. 74. Mart. 5. dispensasse ob lepram.

Sufficiens est etiam causa illa, ut vir efficiatur Episcopus, si id sit valde necessarium ad bonum commune: nam causa bono communi consulendi, sufficiens esse censetur.

Denique: mutuo conjugum consensus, non solum præcisè, sed prout est conjunctus cum tali odio ac discordia, ut inde infelices exitus timeantur, absque ulla remedii spe, sufficiens est causa, ut contrahatur ex secunda causa jam adducta. Ita lego apud Dianam sup. resol. 65.

Quid ergo ad argumentum Pontificis? Obligatio status monastici, & cetera de deo: Pontificem posse, si vis, de talibus causis; quàm ne alicujus Regni heredes efficiat, alicquem liberare Statu monachico, ordinariè tamen id non facit, quia non est factum propter inconvenientia, quæ possent subsequi, si frequenter id fieret. Sicut etiam superius dixi, raro Pontificem dispensat in Matrimonio rato, tametsi occurrat aliqua prædictarum causarum (quàmvis alioquin posset) quia judicat frequentiam non expedire, propter inconvenientia, inde nata provenire.

Deinde posset responderi: Professorem in solemnem Religionis esse majus vinculum, & ideo non rectè sequi; potest Pontifex, dum occurrunt prædictæ causæ, dissolvere Matrimonium ratum; ergo etiam dispensare in voto solemnem.

B. O. S. C. O.  
Sacramentum  
Matrimonii  
rati  
vinculi

352.

Audite Sanchium supra disp. 14. n. 2. Pontifex, secundum probabilissimam sententiam, potest dispensare in voto solemnium Religionis; ergo & in Matrimonio rato. Probo Consequentiam; quia votum solemnium est fortius vinculum, cum dissolvat Matrimonium ratum; & utrobique est traditio, & minor in Matrimonio, cum fiat soli homini; in voto autem Deo & homini: si ergo potest Papa in majus vinculum, quod dissolvit ipsum Matrimonium ratum, a fortiori poterit in Matrimonium: nam si vinculo vincenem te; a fortiori vincam te; *De access. ff. de Divers. tempor. præscripti.*

Nec obstat, si assignetur ratio differentie, eò quòd Matrimonium sit Sacramentum: nam disp. præced. n. 7. latè probavi, ex hac parte non habere indissolubilitatem. Hæc ille. Et ecce tertia probatio sententia Sanchez.

353.

Respondet Pontius sup. n. 16. Quòd attinet ad dispensationem voti solemnium, redditur facile diversitatis ratio. Quia in Professione fit etiam traditio Religionis, quam accipit Prælati; & eo non acceptante, non obligant illa vota, quorum fundamentum est traditio; cumque Pontifex sit Ordinarius, cui etiam tamquam Religionis Superiori fit traditio, eam traditionem potest rejicere, eaque rejecta, cessat obligatio status Religionis in illo. Ita Basiliius.

Confimiliter respondet Corduba lib. 1. qq. Theolog. q. 25. ubi diffusè tractat præsentem controversiam; & adhæret sententia; neganti Pontifici potestatem dissolvendi Matrimonium ratum; respondet, inquam; dispensatio in votis omnibus est concessa Papæ per eandem rationem; quia scilicet ibi est jus Divinum vel naturale non absolutum, sed ortum vel pendens ex præsupposita voluntate vel actu hominis: secus in Matrimonio quocumque etiam rato; quia ejus vinculum & obligatio est de jure Divino & naturali absoluto; ut est obligatio Baptismi & Confessionis, vel Pœnitentiæ, in quo Papa dispensare non potest.

Et ad probationem: *Si potest in fortius* &c. Respondeo distinguendo Antecedens: conceditur enim, quòd votum solemnium est fortius activè, quàm Matrimonium ratum, ex quo illud dissolvere potest: non tamen est fortius passivè, id est, non est indissolubilius. Sicut enim stat, quòd aliquod agens naturale, putà ignis, sit majoris activitatis, & minoris resistentiæ, quàm aqua; & è converso; ita in proposito, votum solemnium est activè fortius, id est, majoris activitatis ad dissolvendum Matrimonium ratum; quia quoad hoc est de jure Divino absoluto; sed non passivè; quia quoad hoc est minoris

resistentiæ; ex quò per Papam dissolvi potest; quia quoad id, est de jure divino ex suppositione, vel orto ex humano actu, vel voluntate; idèd quoad hoc minus forte est: Matrimonium autem ratum ex jure Divino & naturali absoluto; & ex consequenti passivè fortius est, ut videlicet, nisi per ipsum Deum dissolvi non possit. Idèd in quo sensu conceditur Antecedens; quòd scilicet votum solemnium est activè fortius, negatur Consequentia; quia à fortiori activè, ad fortius passivè, æquivoce proceditur. Ita sunt verba Cordubæ.

Et similibus verbis respondet ad aliud argumentum, desumptum ex cap. *Inter corporalia*; de Translatione Episcopi: ubi dicitur: *Cum fortius sit spirituale vinculum, quàm carnale, arbitari non debet, quin omnipotens Deus spirituale conjugium, quòd est inter Episcopum & Ecclesiam, suo tantum judicio reservaverit dissolvendum; qui dissolutionem etiam carnalis conjugii, quòd est inter virum & feminam, suo tantum judicio reservavit; præcipiens, ut quòd Deus conjunxit, homo non separet. Non enim humana, sed potius divina potestate conjugium spirituale dissolvitur, cum per translationem, depositionem, aut cessionem Auctoritate Romani Pontificis (quem constat esse Vicarium Jesu Christi) Episcopus ab Ecclesia removeatur: & ideo tria hæc, quæ præmissa, non tam constitutione Canonica, quàm institutione divina soli sum Rom. Pontifici reservata.* Ita Innoc. 3.

Ex quo arguitur; quòd si illud fortius vinculum Episcopi cum sua Ecclesia Papa potest auctoritate divina sibi data dissolvere; ergo à fortiori, eadem auctoritate dissolvere potest vinculum Matrimonii rati, quòd minus forte est. Et hæc Consequentia inde magis probatur, quòd ea, quæ de vinculo Matrimonii non dividendo dicuntur Matt. 19. Papa in supradicto cap. expressè tribuat Episcopo cum sua Ecclesia; ut patet ex verbis mox recitatis.

Pro solutione, inquam, hujus argumenti, notat Corduba sup. quòd aliqua obligatio dicitur major vel fortior alià dupliciter. Uno modo, quia peccatum contra illam est majus aut gravius, ut est mortale respectu venialis; aut etiam mortalis peccati non æquè gravis. Alio modo, quia indissolubilior: & sic obligatio de non mentiendo, quod ex suo genere solum est veniale, est major; quia scilicet nunquam; etiam pro salvanda vita, dissolvi potest: & ita ad d. cap. *Inter corporalia*, dico; quòd conjugium Episcopi cum sua Ecclesia, est quidem majus, id est, dignius & perfectius, quia scilicet spirituale, & ad prolem spiritualiter Deo generandam, ut ibi glossat Panormitanus: est etiam majus vel fortius, quia sub

Ccccc 3 ma-

355. Aliud arg. pro sententia Sanchez desumptum ex cap. 2. de Trans. Episc.

356. Aliqua obligatio dicitur fortior alià dupliciter, ex Corduba.

Resp. ad d. cap. 2. ex eod. Auctore. Panormit.

Quare Papa potest dispensare in voto quàm in Matrimonio, ex Corduba.

354. Votum solemnium est fortius activè, quàm Matrimonium ratum, ex quo illud dissolvere potest, non tamen est fortius passivè, id est, non est indissolubilius.

majori culpa obligat: nam gravius peccat Episcopus, qui sine causa auctoritate sua suam dimittit Ecclesiam, quam vir suam dimittens uxorem: & hoc est, quod in d. cap. prætenitur, & ad hunc solum finem sunt intelligendæ auctoritates, quæ de Matrimonio corporali ad metaphoricum & spirituale Episcopi cum sua Ecclesia transferuntur, & ei attribuuntur; non tamen est majus vel fortius, id est, indissolubilius, quam Matrimonium ratum, quod sola Papæ auctoritate vel dispensatione dissolvi non potest.

357. *Confirmatur.*

Nec oppositum ibi Papa dicere voluit, ut patet ex eodem Innoc. in cap. *Ex parte*, 2. de *Convers. conjug.* & de *Divort.* cap. *Gaudemus*, & cap. *Quanto*, Nam & in cap. *Ex publico*, de *Convers. conjug.* dicit, illud *Matth. 19. Si quis dimiserit uxorem suam machatur, esse intelligendum de Matrimonio consummato.* Cum ergo intelligat de eodem, de quo prius dixerat: *Quos Deus conjunxit* & c. ex quo textu ibidem uniformiter de eodem Matrimonio semper loquitur; sequeretur utique, quod sicut Episcopatus vinculum cum sua Ecclesia, de quo dicit, illa verba esse spiritualiter intelligenda, ita & Matrimonium consummatum posset Papa dissolvere, eadem ratione ipsius Innocentii; quia scilicet majus seu fortius est vinculum Matrimonii spiritualis Episcopi cum sua Ecclesia, quam carnalis consummati, quod tamen nullus fidelium dixit. Non igitur intendit, nisi, ut declaratum est. Hactenus Cordubensis.

*Cordubensis patris principium.*

Sed quis non videt, hunc Auctorem manifestè petere principium? Quippe supponit, Matrimonium carnale esse indissolubilius Matrimonio spirituali, quod tamen in quæstione est, & ab Adversariis negatur, intelligendo per Matrimonium carnale, Matrimonium ratum; hoc ergo non supponendum, sed probandum manet.

358. *Ex d. cap. 2. non satis probatur Matr. spirituale esse indissolubilius carnali.*

Quamquam, ut verum fatear, non satis probetur ex d. cap. *Inter corporalia*, Matrimonium spirituale esse indissolubilius, ut ostenditur ex Glossa ibi, verb. *Fortius*, quæ sic ait: *Id est, dignius: quoniam carnale in veritate fortius est, quia dissolvi non potest, etiam si interveniat consensus Papæ, & ipsorum conjugum; immò manent conjuges separatim, scilicet propter fornicationem, 32. q. 7. c. 1. & 2. & inf. de Jurejurando c. Tuanos, & durat usque ad mortem, 7. q. 1. Sicut alterius, inf. de Sepult. c. De uxore, nisi in casu ante carnalem copulam, inf. de Convers. conjug. Ex publico. Spirituale verò conjugium in multis dissolvitur casibus, translatione, renuntiatione & depositione Auctoritate Papæ, ut sup. cap. prox. & ideo minus est forte, sed dignius. Hæc Gloss. Ubi manifestè distin-*

guit inter Matrimonium carnale, & ratum tantum, & consummatum.

Et procul dubio fortius est Matrimonium carnale consummatum, & etiam ali- quo modo fortius est Matrimonium carnale ratum; quia de jure communi non solvitur, nisi in uno casu, scilicet dum quis solemniter profitetur Religionem, cum tamen Matrimonium spirituale lapsus de jure communi dissolvatur, ut patet ex d. Glossa, & d. cap. *Inter corporalia*.

An autem non possit Matrimonium corporale ratum, in aliis pluribus casibus dissolvi per speciale Pontifici dispensationem; hoc est quod hic queritur, & affirmat Glossa in d. cap. *Ex publico*, verb. *Consummatum*, ibi: *Vincensius dicit, quod Papa per dispensationem possit dissolvere tale Matrimonium.*

Porro quod Cordubensis, vinculum & obligationem Matrimonii esse de jure, & de naturali & naturali absoluto, ut est obligatio Matrimonii & Confectionis, negat Sanchez sup. disp. 14. n. 5. ibi: *Ad 4. dicit, quod esse jus divinum naturale, aliud ab absolute, ut de non fornicando, non mendando; & in hoc nullo modo Pontifex dispensat: aliud fundatum in actu vel contractu humano, ut est votum & Matrimonium ratum, & in hoc potest dispensare; & sicut quando dispensat in voto, non dicitur absolute dispensare in jure nature, ex quo votum habet obligandi vim: sed tollit obligationis fundamentum, quam homo actu humano sibi imposuit, ut bene docet D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 10. ad 2. ita dum dispensat in Matrimonio rato, id facit destruyendo fundamentum contractus humani & quamvis idem fundamentum contractus humani sit etiam in Matrimonio consummato; Christus tamen noluit eam potestatem Pontifici concedere ratione significationis. Hæc dicitur.*

Item ad 5. dicit: licet Matrimonium sit Sacramentum; pendat tamen ex contractu humano, tamquam ex fundamento, super quem Papa potest: & hoc potest inhabilitare personas ad contrahendum Matrimonium, non tamen ad Benedicendum vel Ordinem: quare dicendum est, Ecclesiam nihil posse circa Sacramentum, & contractum humano independentiam; potest tamen, quando ex illo pendit, non dicitur & sed indirectè, dissolvendo contractum semel initum, vel impediendo ne incipiat. Ita Sanchez.

Et reverà, nimis patens est, obligationem seu vinculum Matrimonii non esse de jure Divino & naturali absoluto, ut est obligatio Baptismi, quæ nullam præterponit voluntatem aut actum hominis; & quidem extra omne dubium est, quod de

B O N O S C O  
Sacramentum  
paris  
D I E N

Eug. 4. in suo Decreto: *Causa efficiens Matrimonii* (id est, vinculi seu obligationis Matrimonii) *regulariter est mutus consensus per verba de presenti expressus.* Ergo sicut in voto est jus divinum vel naturale non absolutum, sed ortum vel dependens ex præsupposita voluntate vel actu hominis, ut loquitur Cordubensis sup. ita etiam in Matrimonio est jus divinum & naturale non absolutum, sed ortum vel pendens ex præsupposita voluntate vel actu hominis, puta mutuo consensu, per verba de præsentibus expresso.

in Matrimonio consummato, præter mutuum consensum, super quo Pontifex habet jus, quia facere potest, ut non sufficiat ad validum Matrimonium; ut patet ex impedimentis dirimentibus, jure Ecclesiastico introductis; invenitur alius actus, scilicet copula carnalis, seu consummatio Matrimonii, in quam Pontifex nullum habet jus, nisi ut eam prohibeat; quid ergo mirum, si potius possit dissolvere Matrimonium ratum, quam consummatum?

Et quamvis Deus possit consummatum dissolvere, & dare potestatem hominibus dissolvendi; noluit tamen dare propter rationes sibi cognitatas. Noluisset autem dare, satis colligitur ex praxi, seu potius non praxi Ecclesiæ, quæ nunquam, etiam ad quæcumque incommoda evitanda; attentavit hujusmodi Matrimonium dissolvere; arbitror, quia si uno casu posset ex divina concessione solvere, aperiretur latissima via ad frequentissimam solutionem, quæ plus incommodi inferret bono communi, quam non dissolutio mali adferre possit.

*Deus nõ dedit potestatem hominibus dissolvendi Matrimonium consummatum.*

Sed dicit aliquis ex Pontio sup. n. 9. consummatum Matrimonium, quod attinet ad rationem, essentiam, integritatemque Matrimonii, nihil amplius habet, quam Matrimonium ratum; copulam enim, quæ consummatum efficitur, non pertinere ad essentiam integritatemque Matrimonii, ostendimus lib. 1. Itaque eâ copulâ non traditur corpus, præcesserat enim mutua traditio in contractu; & quia ea præcesserat, idèõ licita fuit copula; sed tantum est usus quidam rei traditæ, sicut usus vasis aurei vel argenti, post emptionem factam.

*366. Obiectio ex Pontio.*

Neque similiter per copulam quæritur conjugii majus vel fortius aliquod jus, cum per contractum Matrimonii, etiam non consummati, non tantum quæsitum sit jus ad rem, sed etiam in re. Adde; possessionem etiam ipsâ traditione celebrari in contractu.

*367. Per copulam non acquiritur fortius jus.*

Itaque in se neque substantiæ, neque integritatis, neque juris aliquid amplius habet consummatum, quam non consummatum, sed tantum addit usum aliquem rei traditæ atque possessæ, qui, saltem in sterilibus, non obtaret dispensationi, cum ex ea dispensatione non sequeretur indubitata prolis educatio. Ergo si traditio illa perpetua subjacet potestati Pontificis, etiam subjacebit, quamvis aliquis ejus usus intervenerit.

*aut additur aliquid substantiæ vel integritatis.*

Neque obstat aliqua peculiaris significatio, quæ convenire dicitur conjugio consummato; tum, quia Multi ex his, cum quibus disputamus, sentiunt, hanc significationem non esse peculiarem fidelium Matrimonii, sed convenire etiam Matrimonii

*368. Neque obstat peculiaris significatio.*

*363. Vnde no videtur hic arg. de Baptismo ad Matrim.*

*Assignatur dispensatio inter votum & Matr. ex Pontio.*

*364. Rejicitur.*

*365. Rejicitur.*

At verò in Baptismo, quæ, amabò, voluntas vel actus hominis requiritur, ut ejus susceptio obliget? Et consimiliter, quæ voluntas, aut quis actus hominis est necessarius, ut obliget præceptum non fornicandi, non mentiendi &c? Ergo non valet hic argumentum ab obligatione non mentiendi, non fornicandi &c. in quibus Pontifex non potest dispensare, ad obligationem Matrimonii rati, sed potius argumentandum est ab obligatione voti, in qua Pontifex potest dispensare, ad obligationem Matrimonii rati.

Respondet Pontius sup. n. 16. Potestatem dispensandi in votis concessam Ecclesiæ ut credamus, majora urgent argumenta. Facile enim promittunt homines, facile eos poenitet promississe. Itaque magna in eo fragilitas est. Adde; promissionem sibi factam facilius Deum remittere, quam jus proximo quæsitum evertere; adeò nostræ salutis studiosus est. Id quod etiam videmus in nonnullis aliis, in quibus occurrente præcepto Religionis & misericordiæ, quod simul adimpleri non potest, prævalere vult præceptum misericordiæ, juxta illud: *Misericordiam volo.* & *Sacrificium.* Hæc ille.

Ego autem dico, facile etiam, & nimis facile aliqui homines obidine aut alio motivo excæcati, continent Matrimonium; & facile eos contraxisse poenitet. Itaque magna in eo fragilitas est, quamvis major in votendo. Et idèõ non tam sæpè dispensat Pontifex in Matrimonio rato, quam in voto.

Præterea: etiam per aliquod votum, puta solemnem Professionem, non tantum Deo acquiritur jus, sed etiam proximo, scilicet Prælato Religionis; & tamen in illo voto, secundum Multorum opinionem, dispensat Pontifex; quamvis non tam sæpè, veluti in aliis votis, quibus soli Deo acquiritur jus. Et sanè existimo, dispensare in Matrimonio rato, quandoque opus majoris misericordiæ esse, quam pacere esurientes, aut dare potum sitientibus.

Si dixeris: hæc ratio locum habet etiam in Matrimonio consummato: Respondeo;

monii infidelium, & conjugis antiquae legis; in qua tamen dissolvebatur, etiam licet, Matrimonium consummatum. Tum etiam, quia sup. lib. 1. c. 12. & 13. offendimus ex significatione non reddi Matrimonii vinculum magis insolubile. Hactenus Pontius.

*Solvitur obiectio.*

Respondetur: etiam Multi sentiunt, hanc significationem esse peculiarem fidelium Matrimonii, atque ea ratione hanc Matrimonia esse magis insolubilia. Præterea; docent Aliqui, licet Matrimonium consummatum nihil plus habeat substantiæ; habere tamen aliquid plus integritatis, ut alibi offensum fuit, ratione cujus conjugibus acquiratur aliquod majus & fortius jus in mutua corpora.

369. *Alia obiectio ex Mat. 19.*

Si rursus objicias: de utroque Matrimonio dictum est Matth. 19. *Quod Deus conjunxit, homo non separet*; ergo vel utrumque est dissolubile per extraordinariam potestatem Pontificis, vel neutrum.

*Diluitur. C. 7 de Convers. conjug.*

Respondetur 1. secundum Multos Antecedens potest negari, juxta illud Alex. 3. cap. *Ex publico*, de Convers. conjug. in fine: *Sanè quod Dominus in Evangelio dicit, non licere viro, nisi ob causam fornicationis, uxorem suam dimittere, intelligendum est, secundum interpretationem sacri Eloquii, de his, quorum Matrimonium carnali copula est consummatum, sine qua consummari non potest.*

370. *Hæc verba Christi: Quos Deus conjunxit etc. intelligit D. Greg. de Matr. consummatum, 27. q. 2. c. 19.*

Et illud D. Greg. Papæ (ponitur cap. 19. 27. q. 2.) *Sunt, qui dicunt, Religionis causa conjugia debere dissolvi. Verum sciendum est, quia etsi hoc lex humana concessit, lex tamen divina prohibuit: Per se enim Veritas dicit: Quod Deus conjunxit homo non separet.*

Ubi, inquirunt, loquitur de Matrimonio consummato: uti & lex humana, quam citat, & est Authentica de Nuptiis, Collat. 4. Novell. 22. c. 4. & 5. *Distrahuntur itaque in vita contrahentium Matrimonia: alia quidem consentiente utraque parte, pro quibus nihil hic dicendum est, pactis causam, sicut utriusque placuerit, gubernantibus: alia verò per occasionem rationabilem, quæ etiam bona gratia vocatur: alia verò citra omnem causam: alia quoque cum causa rationabili.*

371. *Lex civilis secundum quam dissolvitur Matrimonium.*

Secundum occasionem itaque inculpabilem quando conversationem altera eligis pars ad meliorem migrans vitam, & sub castitate conversationem concupiscens: tunc enim lex alia nostra dicit licentiam esse viro & mulieri ad meliora migranti transigere Matrimonium, & abscedere, quodam brevi dimisso ei, qui relinquitur, solatio: quodcumque enim pacti fuerunt contrahentes ex morte fieri lucrum, hoc habere oportet eum, qui dimittitur ab altero, sive vir, sive mulier sit. eò quod & iste quantum ad Matrimonium videtur mori, aliud pro alio vita eligens iter. Ita Justinianus Imperator.

Sed hæc lex repugnat præcepto Divino, ut sup. dicit Greg. si nimirum intelligatur præceptum de Matrimonio consummato, & dissolutione ejus quoad vinculum, & dimissa liceat inire aliud Matrimonium. Atque ita respondet Sanchez ad hanc objectionem sup. n. 5.

Sed quia nos sup. Concl. 1. contra hunc Auctorem diximus, verba illa Christi intelligenda esse etiam de Matrimonio rati, hinc aliter respondetur: Dum Pontius dissolvit Matrimonium ratum per dissolutionem in jure illo divino indissolubilem, non hominem, sed Deum, quo conjunxit, separet; argumento cap. *Inter eos* de Poralia, de Transl. Episc. libi: *Non enim humana, sed potius divina potestas consummatum spirituale dissolvitur, cum per translationem, depositionem aut cessionem, auctoritas Rom. Pontificis (quem constat esse Vicarium Jesu Christi) Episcopus ab Episcopo ratiore, & ideo tria hæc, quæ præmissa sunt in constitutione Canonica, quam in præmissis Divina, soli sunt Rom. Pontifici reservata hactenus.*

Ergo consimiliter dicere possumus eam auctoritate extraordinaria Pontificis (quem constat esse Vicarium Jesu Christi) Matrimonium ratum dissolvi, non humana, sed potius Divina potestate dissolvi, & hæc dissolutio, seu dispensatio non tam constitutione Canonica, quam institutione Divina, soli est Rom. Pontifici reservata.

Et ita non mirum, si nequeat Episcopus dispensare, eò etiam in sua Diocesi potest ea facere, quæ Pontifex potest facere in toto orbe, ut Aliqui volunt, excipiente quippe sunt res tam arduæ, circa quas Pontificis potestate merito dubitatur; cum enim deceat, gravissimas causas humo Christi Vicario reservari, censendum est Christum reservasse. Undè etiam datus nullus Episcopus attentari legitur ad dispensationem in sua Diocesi concedere.

Vel dic (inquit Sanchez sup. n. 5.) potest reservari jure Pontificio, nempe cap. *Inter eos* de Transact. ubi Pontifex instruitur iudices Ecclesiasticos inferiores, quando nunciat ad compositionem & transactionem inducere debeant, ait: *Potest ad compositionem interponere partes tuas, & inchoare aliquid severitati detrabere, prout (sicut Imperii, & excedentium multitudine procedit liberatione pensatis) videris expedire, exceptis nimirum casibus, qui compositionis sive dispensationis remedium non admittunt; atque conjugii Sacramentum, quod cum non solum apud Latinos & Græcos, sed etiam apud fideles & infideles existat, à severitate Canonica circa illud recedere non licebit.*

B O N A SACRAMENTA MATRIMONII

Ubi Gloss. verb. *Sacramentum*, inquit: Sic patet, quod in Matrimonio non habet transactio seu compositio locum, ut contra Matrimonium aliquid statuat, cum sit statutum ab ipso Domino in Paradiso: Quia quos Deus conjunxit, homo non separaret, ut 2.6. dist. Deinde opponitur..... Nec dispensatio locum habet, ut dicit hic. Sed contra videtur, quia circa Matrimonium dispensatur, 35 q. 3. Quaedam lex.

Dicas, in Matrimonio circa gradus, constitutione Canonica interdictos, dispensatio adhibetur ex justa causa, ut simul remaneant, in quo casu loquuntur contraria. Circa gradus lege Divina prohibitos, vel ut Matrimonia legitime contracta (intellige, carnali copula consummata, ut ibidem in margine notatur) separentur, nulla dispensatio adhibetur ab Ecclesia, & de tali dispensatione hic intelligitur; nam ut patet in integra, quidam uxores legitimas dimittebant, & alias ducebant, cum talibus nulla dispensatio adhibetur, ut sic remaneant cum secundis.

Vel ergo d. cap. fin. loquitur de Matrimonio consummato, cui nequidem a Pontifice adhibetur dispensatio, ut separentur conjuges, & ad alias nuptias transcant; vel etiam intelligitur de rato, & ejus dispensationem reservat Pontifici, dum inferioribus iudicibus eam prohibet.

Sic etiam cap. Ex litteris, 2. de Sponsal. Pontifex precipit Episcopo, ut compellat ad sponsalia servanda, necdum (inquit Sanchez sup.) ad Matrimonium ratum, in qua lege, cum sit Superioris, nequit Episcopus dispensare.

Sed advertere debuisset hic Auctor, Pontificem ibi non precipere Episcopo, ut absolute compellat ad sponsalia servanda; sed cum hac limitatione: Nisi rationabilis causa obstituerit: Sic enim rescribit: Fraternalitati tue mandamus, quatenus si hoc tibi constiterit, eum moneas, & si non acquieverit monitis, censuram compellas, ut ipsam (nisi rationabilis causa obstituerit) in uxorem recipiat. Ac proinde ex hoc textu non recte probatur, Pontificem sibi reservasse dispensationem in Matrimonio rato; quippe plerique docent, nequidem Pontificem posse dispensare sine justa causa, ut infra videbimus.

Quidquid ergo sit de hoc jure, seu rescripto Pontificis, reservatio satis colligitur ex non usu; nam si Episcopi judicarent, se habere potestatem dispensandi in sua Diocesi, indubie aliquando ea uterentur; nusquam autem legitur aliquem Episcopum ea usum fuisse seu dispensasse. Et sane nemo dicit, Deum facere, quod facit Episcopus, cum solus Papa, & non Episcopus sit Vicarius Christi, adeoque si Episcopus separaret Matrimonium ratum, non

Deus, sed homo separaret, quos Deus conjunxit; secus quando separat Pontifex.

Respondet Cordubensis sup. Quamvis Papa auctoritate Dei, ut minister ejus faciat, quod facere potest, & ita Deus per ipsum id faciat: at dum Christus Matth. 19. dicit: Quod Deus conjunxit, homo non separaret, certe significavit, quod nullus homo ad id habet potestatem, a Deo sibi concessam, sed sibi soli reservavit; sicut & ad precepta juris Divini & naturalis absolute solvendum & dispensandum, ut dictum est. Haec ille.

Plane sic dictum est; sed & dictum est, & clare ostensum, obligationem Matrimonii non esse juris Divini & naturalis absolute, uti est obligatio non mentiendi, non fornicandi &c. & ideo haec responsio Cordubensis non subsistit.

Igitur non valet haec Consequencia: Pontifex potest dispensare; ergo etiam Episcopus; quia Pontifex id non facit, nisi per extraordinariam potestatem, quatenus caput Ecclesiae est, & Vicarius Christi, quae potestas, ut planum est, non competit Episcopis; & ideo ipsis non competit dispensare, sed potius eorum est, compellere conjuges ad consummationem Matrimonii, juxta illud Alex. 3. cap. Licet, de Sponsa duorum: Consultationi tuae taliter respondemus, quod si inter virum & mulierem legitimus consensus interveniat de praesenti &c. non licet mulieri alii nubere, et si nupserit, etiamsi carnalis copula sit secuta, ab eo separari debet, & ut ad primum redeat, Ecclesiastica disciplina compelli.

Episcopi ergo est compellere, ut permanent conjuges in Matrimonio rato, utque legitimo tempore illud consumment, nisi superiori potestate dissoluti fuerint. Et consimiliter Principes seculares dispensare non possunt, aut debent in Matrimonio eorum, qui non subsunt Ecclesiae; sed eos compellere debent, tum ad permanendum in Matrimonio contracto, tum ad illud legitimo tempore consummandum.

Ex quo sequitur; Pontificem non posse dispensare in Matrimonio rato infidelium, etiam eorum, qui subsunt ipsius temporali jurisdictioni; siquidem Pontificia potestas ad eos se non extendit, qua tamen sola valet dispensare. Nec ideo infideles isti pejoris conditionis sunt, quam fideles, quia possunt & debent fieri fideles, quo facto, poterit Pontifex eorum Matrimonium ratum dissolvere, eo modo quo aliorum fidelium, scilicet existente justa causa, etiam altero eorum invito.

Quod requiratur justa causa, non solum ut dispensatio liceat, quod Omnes admittunt; sed etiam ut valeat, docent ii, qui as-

377. Resp. Cordub.

Rejicitur.

378. Non valet. Papa potest dispensare, ergo etiam Episcopus.

379. Episcopi est compellere ad permanendum in Matrimonio, ut etiam Principis seculares.

Papa non potest dispensare in Matrimonio infidelium.

380. Requiritur justa causa.

374. Mari- gionis non habet locum transactio.

375. Explicatur sap. fin. de Transf.

An dicta reservatio re- sit colligatur ex c. 10. de sponsal. Sanchez.

376. Videsur quod non.

Satis colligitur ex non usu.

ad licitè dispensandum.

firmant indissolubilitatem Matrimonii rati esse de jure naturali divino, in quo dispensatio Pontificis, absque causa iusta concessa, est profus irrita, ut Theologi communiter, ac juris utriusque DD. fatentur: & ita dicunt, Pontificiam dispensationem in voto simplici, sine iusta causa, esse irritam; quia voti vinculum est de jure naturali & divino.

Porro qui docent, indissolubilitatem talis Matrimonii esse de jure humano, plerique etiam docent, Pontificiam valide posse dispensare sine causa; quia receptissimum est, dispensationem Principis in propria lege absque causa, validam esse, licet Princeps dispensando peccet.

381. An etiam ad validè dispensandum.

Ego autem, quia puto dispensationem, etiam in propria lege, sine causa, esse invalidam; et si dicerem (quòd non) indissolubilitatem Matrimonii rati, jure tantum humano constitutam esse; adhuc nihilominus assererem, dispensationem in ea sine causa, non solum esse illicitam, sed etiam invalidam; ex hypothesi, quòd maneat lex. Ratio mea est: quia lex iniusta, etiam iniustitia solum distributivà, non est lex; vel ergo tollitur obligatio legis, etiam respectu aliorum; adeoque non est dispensatio, sed abrogatio legis: vel manet obligatio respectu ejus, cum quo sine causa est dispensatum.

382. Dispensatio sine iusta causa est contra bonum commune.

Antecedens probatur: quia lex debet ferri pro bono communi; tali porro casu lex, remanens pro aliqua parte communitatis, esset contra bonum commune, & contra essentialè vinculum, quo homines in unum corpus coalescunt, ratione observantiae rationabilis eorumdem morum: facile etenim homines turbantur, quando vident, sibi plus oneris, quam aliis sine causa imponi. Undè scitè dixit Bernardus

S. Bernard.

lib. 3. de Confid. cap. 4. *Cum nihil horum est (enumeraverat causas iustas dispensandi) non planè dispensatio, sed crudelis dissipatio est.*

Concil. Trident.

Et Concil. Trident. sess. 25. de reform. c. 18. ait: *Frequentiùs legem solvere, exemplòque potius, quam certo personarum, rerumque delectu, petentibus indulgere, nil aliud est, quam unicuique ad leges transgrediendas aditum aperire.*

383. Princeps dispensando sine iusta causa etiam in propria lege, excedit limites potestatis suae.

Igitur dispensando sine causa, etiam in propria lege, Princeps excedit limites suae potestatis, sibi à Deo & Repub. concessae, non praecise dispensando, sed volendo in tali casu alios obligare. Siquidem non censetur Deus & Respub. quorum minister est Princeps, dedisse potestatem, nisi quae est necessaria pro bono communi: haec autem non est necessaria, ut clarum est.

Veluti ergo Superior non censetur dare inferiori potestatem, ut pro libitu suo dispenseret, sed dumtaxat, ut dispenseret existente iusta causa; sic itidem, & non aliter,

Deus, aut Respub. censetur eam dedisse Principi. Quae enim disparitas? Si accepimus (inquit Apostolus 2. Cor. 10. v. 8.) aliquid à gloria suo de potestate nostra, quam dedit nobis Dominus in edificationem, & non in destructionem vestram: non erubescam.

Putas, quia vera esset lex lata pro tantum parte communitatis, praecise quae sic placet Principi? Scio, quia non potest esse quòd lex sit praecceptum per se & naturae suae commune; unde aequaliter respicit omnes partes communitatis, ubi iusta ratio non distinguit.

Nec verum est, Principem esse dominum legis, & voluntatis suae, quoad exercitium; sed solum est dispensator communium bonorum Reipub. quibus bonum est lex; ac proinde sicut dispensat non valide dispensat bona sibi commissa, si cum debeat aequaliter dispensare, dispenset aequaliter; ita nec Legibus incongrue dispensans legem. Dispensat potestatem aequaliter legem, qui aliis remanentibus obligatis, alios sine rationabili causa ab obligatione eximit.

Lex itaque non est proprium bonum Principis, sed communitatis; & quamvis voluntate Principis pendeat, quoad exercitium, ut ita dicam, non tamen quoad specificationem, non enim potest legem iniustam ferre. Et eodem modo mutatio legis, quamvis quoad exercitium sit in Principis potestate, potest enim totam legem abrogare cum vult, non tamen quoad specificationem; quia posito, quòd velit mutare legem, debet eam iuste mutare; cum autem dispensat sine causa, mutat legem iniuste: at verò cum eam revocat sine causa non peccat contra iustitiam distributivam nec constituit legem iniustam; sed iniquè laeditur jus naturale, quod dicitur, legem communem uniformiter ab omnibus qui participant eandem obligationem, esse observandam.

Ex quo etiam patet, quare pro una altera vice cum tota communitate potest dispensari valide sine iusta causa; quia tunc quae ex tali dispensatione non resultat, est aliqua iniusta. Item; quare valet abolutio ad sententiam à censura, data sine causa ad hoc. c. Venerabilibus, & Sentent. excom. in 6. quippe sententia abolutiva tantum respicit eum, qui abolutus est. Et eadem absolvit non dispensat in lege. Et eadem est ratio, quare iniusta venditio sit nullus itemque electio minus digni, praetermissio digniore &c. quia per haec non ponitur aliqua lex iniusta, sicut per dispensationem iniustam.

Unde dispensatio non habet suam rationem à potestate facti, sed à potestate iuris.

B. O. S. C. Sac. Matrimonii

id enim possumus, quod jure possumus; non enim operatur Legislator, ut dictum est, sicut dominus suae voluntatis; veluti operatur prodigus, alienans bona sua; sed sicut dispensator bonorum alterius. Atque haec satis de controversia, quae proprie non spectat ad praesentem tractatum.

Ceterum si quis me interrogat: ecquae causa justae dispensandi in Matrimonio ratio? Superius declaratae sunt. An autem haec omnes plenè sufficiant, judicet ille, qui putat se habere potestatem dispensandi, quae multis displicet, ut ex dictis patet, & iterum ab eis reprobatur: quia Pontifex nequit in Sacramentis dispensare, nec eorum materias aut formas alterare: hoc enim pertinet ad potestatem excellentiae Christi; sed Matrimonium ratum est verum Sacramentum; ergo &c.

Sed quis non videt, hanc reprobationem nullius esse momenti? An forte Matrimonium Sacramentum permanens est, veluti Eucharistia? Sole meridiano clarius est, non permanere, sed transire; estò maneat ejus effectus, scilicet gratia sanctificans, quousque per peccatum mortale destruat, & obligatio matrimonialis, quousque per legitimam auctoritatem dissolvatur.

Censent eum, qui destruit gratiam sanctificantem, alterare materias & formas Sacramentorum? Cur ergo ille alterare censetur, qui dissolvit obligationem matrimonialem? Nunquid in sententia Sanchez Matrimonium aliam habet materiam & formam, quam in sententia opposita? Et si Ecclesia potest facere, sicut de facto fecit, ut Matrimonium clandestinum hodie sit invalidum, quod olim erat validum, sine alteratione indebita materiae & formae, quidni absque tali alteratione possit Matrimonium contractum dissolvere? Non est relictus dubitandi locus.

Consimiliter non valet hoc argumentum: non minoris efficaciae est sanctificatio, quam Matrimonium efficit, ea, quam efficit Sacramentale, ut benedictio calicis & vestium; sed haec non potest per Pontificem auferri; ergo semel sanctificati & conjuncti per Matrimonium, non possunt non esse tales, dispensatione Pontificis.

Respondet Sanchez sup. n. 5. ad 6. distinguendo Majorem: non est minoris efficaciae, id est, non est minoris virtutis & dignitatis, concedo (inquit ille) sed est multò majoris; longè enim dignius est, facere sanctum per gratiam, quod praestat Sacramentum, licet ea sanctitas amitti possit, quam facere sanctum ministerialiter: non est tamen minoris efficaciae, id est, non est minus separabilis, nego; quia Matrimonium ratum non aliam sanctitatem efficit,

quam gratiam conferre, & repraesentare unionem Christi per gratiam, quae non tantum exigit subjectum, id est, conjugum subsistentiam, sed etiam immutationem voluntatis, quae mutata, cessat haec sanctitas. Effectus autem consecrationis calicis & benedictionis aliarum rerum, tantum pendet ex subjecti consistentia, quae manente, separari non potest. Haec ille.

Ego autem non video, quare Ecclesia non possit effectum consecrationis calicis & benedictionis aliarum rerum, manente subjecti consistentia, separare; quando illa consecratio & benedictio sunt merè juris Ecclesiastici. Nonne locus facit ex constitutione Ecclesiae certis quibusdam actibus polluitur & quasi execratur, ita ut indigeat reconciliatione, antequam divina Officia in eo peragi possint, uti prius poterant? Cur etiam Ecclesia non potuisset ordinare, ut iis vel similibus actibus, locus sacer perderet omnem suam sanctitatem, & jam esset profanus, ut ante consecrationem erat, nec possent in eo divina Officia peragi, nisi prius de novo benediceretur seu consecraretur? Non video quid obstat.

Fateor, non potest Ecclesia facere, ut talis locus non fuerit aliquando benedictus seu consecratus; sed neque facere potest, ut conjuges non fuerint aliquando benedicti & sanctificati, nec hoc facit per suam dispensationem. Quid ergo? Ut amplius non maneat vinculum Matrimonii, quod erat effectus Sacramenti Matrimonii. Et quare sic etiam non possit facere, ut effectus benedictionis calicis, id est, aptitudo ad consecrandum in eo sanguinem Domini, auferretur à calice, ipso in sua consistentia permanente?

Nunquid Ecclesia ex Religioso professo potest facere non profellum? Cur ergo ex conjugato, non possit facere non conjugatum? Et ex calice consecrato, id est, apto ad Sacrificium, facere non consecratum, id est, ineptum: nam ut sit aptus, vel ineptus, pendet ex dispositione Ecclesiae.

Dices: nequit Pontifex facere, ut hostia semel consecrata, definat esse talis, manentibus speciebus: ergo nec ut calix semel consecratus, definat esse talis, manente consistentia & figura calicis: ergo nec ut semel sanctificatus per Matrimonium, definat esse talis.

Respondeo neg. primam Consequentiam: Ratio disparitatis; quod consecratio calicis fit meri juris Ecclesiastici; consecrato autem hostiae juris Divini. Quantum ad secundam Consequentiam, Ecclesia non facit, ut semel sanctificatus per Matrimonium, definat esse talis; quia potest manere

390.

An possit tolli consecratio calicis, manente ejus substantia.

391.

Quid faciat Papa per sua dispensationem.

Ecclesia potest ex Religioso facere non Religiosum.

392.

Obiectio.

Solutio.

sanctificatus etiam post dissolutum Matrimonium; sed solum facit, ut amplius non sit obligatus; quæ quidem obligatio est juris Divini, secundum receptissimam sententiam; equidem non indissolubilis, saltem per Deum; an etiam per Ecclesiam ex speciali Dei concessione, hoc est, de quo hæcenus disputavimus, adductis argumentis pro utraque parte, quæ & pro posse nostro solvimus.

*Datur electio opinio.* Eligat nunc Lector, quam maluerit partem, & non errabit in fide, aut bonis moribus. Nam & quælibet habet suos propugnatores, tam Theologos, quam Jurisperitos; equidem cum hac differentia, quod major pars Theologorum existimet, Pontificem non posse dispensare; plerique autem Jurisperiti, posse dispensare.

*393. Quid senserit D. Bonavent.* Doct. Seraphicus 4. dist. 27. a. 3. q. 2. in corp. sic ait: *Dicendum; quod insolubilitas consequitur Matrimonium non tantum consummatum, sed etiam ratum: & propter hoc etiam ratum est; quia quondam insolubilitatem, licet minorem, quam Matrimonium consummatum habet; habet tamen sibi competentem, sicut & illud. Sicut enim vinculum Matrimonii consummati est insolubile viventibus extremis vita corporali, nec solvitur, nisi morte corporali; sic nec Matrimonium ratum in quo est conjunctio mentium & animorum, potest solvi, nisi homo moriatur spiritualiter huic mundo, sive operi carnis, & hoc fit intrando Religionem, & emittendo votum castitatis solemne. Ex tunc enim solvitur Matrimonium, ex quo spiritualiter moritur. Et hoc probatur per illam Decret. Alex. de Convers. conjug. Ex parte tua. Concedendum est igitur Matrimonium illud esse insolubile suo modo, cum sit Sacramentum; nec separatur ab homine, sed a Deo, cui solemne votum continentia promittitur.*

*Non videtur aliam dissolutionem, quam per ingressum Religionis, agnoscere.* Ubi D. Bonavent. non videtur agnoscere aliam dissolutionem Matrimonii rati, quam per ingressum Religionis. Atque isto casu Deum, non hominem separare. Et ideo communiter allegatur pro sententia, quæ docet, Pontificem non posse dispensare in Matrimonio rato. Eademque sententia adscribitur Doctori Subtili, verè an falsè, patebit ex dicendis Conclusionibus sequenti.

*394. An Papa possit dispensare in Matrimonio consummato infidelium, dum ambo baptizantur.* Sanchez. Finem præcænti Conclus. imponit resolutionis hujus dubii: *Utrum Papa possit dispensare in Matrimonio consummato infidelium, dum ambo baptizantur? Videtur (inquit Sanchez sup. disp. 17. n. 1.) non posse, cum per Baptismum fiat illud Matrimonium Sacramentum, & cum sit jam consummatum, repræsentabit indissolubilem unionem Christi cum Ecclesia, quæ est ratio omnimodæ indissolubilitatis Matrimonii consummati. Hæc ille.*

Verum, quia nos cum Aliis diximus Sect.

4. Conclus. 6. Matrimonium infidelium non est fieri Sacramentum, quod iterum baptizetur, sed neque quod prior consensus renovetur; idcirco, propter hoc fundamentum, non possumus approbare illum conditionem.

Poteritne ergo dispensare? Secundum Omnes, qui docent, Papam non posse dispensare in Matrimonio rato, neque potest dispensare in hoc Matrimonio consummato. Sin autem possit dispensare in Matrimonio rato, posse etiam dispensare in hoc Matrimonio consummato, existime Navarr. l. 3. Consil. tit. de Convers. infidelium in 1. edit. Consil. 1. in 2. Consil. ad 2. dub.

Primò; quod quævis Matrimonium contractum inter infideles sit legitimum, non est tamen ratum, secundum Omnes, quia non est Sacramentum. Cuius opinioniones puri Canonistæ, & Theologi, qui Castellones calluerunt, imò & Capet. & Mich. à Medina, qui fuerunt facti puri Theologi, affirmant posse Papam ex iusta causa dispensare super Matrimonio à fidelibus contracto, nondum consummato; à fortiori poterit dispensare super Matrimonio contracto inter infideles, cum non sit ratum.

Secundò; quod nuptias facit consensus, & non concubitus. At copulatos solo consensu potest dissolvere Papa iusta de causa; ergo à fortiori conjunctos solo concubitu, nihil impedit Sacramentum, quod significat conjunctionem D. N. Jesu Christi & Ecclesie, quæ est inseparabilis.

Tertiò; quod licet nec Papa, nec alius Princeps possit regulariter dissolvere contractus suorum subditorum inter te, neque cum ipsomet factos; potest tamen iusta de causa id facere.

Quartò; quod licet Papa & alius Princeps, non recognoscens superiorem, non debeat velle prejudicare tertio legitime consentienti; potest tamen id facere consuetudine, juxta Reg. ff. de Regul. jur. l. 1. *quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest.* Ubi per factum legitur consensus expressus vel tacitus, vel aliquid aliud ei acquipollens. Ita Navarr.

Cujus sententia (inquit Sanchez sup. n. 2.) mihi placet: quia firmus est Matrimonium ratum fidelium, quam consummatum infidelium: majorem enim firmitatem sortitur Matrimonium ex ratione Sacramenti, quam habet ratum fidelium, quam ex ratione contractus naturalis, quod infidelium habet Matrimonium consummatum infidelium, & ita illud ratum, hoc non. Cum ergo possit Pontifex dispensare in Matrimonio rato fidelium, poterit à fortiori in consummato infidelium: & faveat abbas cap.

B. O. S. C. C. Sacramentum

cap. Ex publico, n. 14. de Conuers. conjug. ubi ait, ex statuto Ecclesie dissolui Matrimonium per conuersionem solam alterius conjugis.

Nec obstat argumentum propositum; quia cum post factum Sacramentum, nondum consummatum sit, non representabit indissolubilem unionem Christi cum Ecclesia per carnem, & ita reputabitur tamquam Matrimonium ratum fidelium, quod Pontificis dispensatione dissolui possit. Hæc ille, nullum præterea citans Auctorem pro hac sententia.

De qua utique, Vasquez de Matr. disp. 2. cap. 6. postquam diffusè probauit, Matrimonium infidelium significare conjunctionem Christi cum Ecclesia, sic tandem ait num. 57.

Habet ergo huiusmodi infidelium Matrimonium, quiddam necessarium est, ut sit signum conjunctionis Christi & Ecclesie; idque ulqueadè verum est, ut sine nota aliqua negari non posse censeam.

Et prosequitur: Hæc omnia dixerim contra prædictos Theologos; eò quòd non solum eorum doctrinam hac in parte falsam existimem, sed etiam multò magis aliam, quam ex hac deducere non dubitarunt; videlicet, Matrimonium ratum & consummatum infidelium, cum ad fidem conuertuntur, dissolui posse auctoritate Pontificis, eò quòd non sit signum conjunctionis Christi cum Ecclesia, id quòd anno Domini 1588. cum ego Romæ essem, à Summo Pontifice Sixto 5. obtinere pro viribus contenderunt; sed repulsam passi sunt, in quorum sententiam nunquam subscribere volui. Ita Vasquez.

Quem sequitur Pontius lib. 9. c. 2. n. 8. dicens: Ego semper existimavi omninò certum, Matrimonium infidelium consummatum, non posse dissolui auctoritate Pontificis. Et quidem hanc fuisse hætenus communem DD. sententiam, licet de Matrimonio rato aliter iudicauerint, dubitari non potest. Hæc ille. Continuo subdens, quòd jamjam audiuimus ex Vasquez.

Porrò majoris explicationis gratià distinguit tres quæstionis status. Primus, inquit, est: cum uterque infidelis est, & in hoc casu planè est, non posse dissolui à Pontifice; quia non habet in illos potestatem; neque est, undè credatur, à Deo relictam esse hanc potestatem Pontifici, quamvis relinqui possit: uniuersè enim scriptum est à Paulo: Quid ad nos de his, qui foris sunt, iudicare? Ita Basiliius sup. n. 9. & merito; sed de hoc statu quæstionis hic non quæritur. De quo ergo?

Alter (prosequitur n. 10.) status quæstionis est; cum uterque est conuersus ad

fidem, & Matrimonium consummatum erat ante Baptismum, non postea; & in hoc casu etiam iudico, non posse Pontificem dispensare, neque dissolvere; quia jam suscepto Baptismo, est illud Matrimonium ratum & consummatum. Parùm autem refert, quòd ante Baptismum consummatum fuerit. Id quòd à posteriori colliges; tum, quia reuera effecti sunt una caro. Tum etiam; quia ex Matrimonio consummato ante Baptismum, nascitur post Baptismum affinitas vel irregularitas. Ergo reputatur pro consummatione, ac si post Baptismum facta fuisset; alias ea impedimenta non orientur ex copula, habita ante Baptismum. Hæc ille.

Arque de hoc statu hic disputatur, ut patet ex proposito dubio. Mihi quæ magis placet hæc sententia, propter rationem, mox à Pontio allegatam; quia tale Matrimonium, est Matrimonium consummatum baptizatorum; eoque ac si post Baptismum rursum consummatum fuisset; undè, ut supra diximus, neque soluitur professione solemnè Religionis, quiddam Sanchez in contrarium doceat. Vide Concluf. 6.

Interrogas, quis sit tertius status quæstionis? Quando (inquit Pontius sup. n. 11.) unus ex eis tantum est conuersus ad fidem, altero in infidelitate permanente. Et etiam in hoc casu existimo, nequaquam Pontificem posse dispensare. Et in primis hæc sententia probatur ex dictis lib. 1. c. 12. & 13. de indissolubilitate Matrimonii, proveniente ex iure naturali tantum, cui nihil firmitatis addit significatio. Igitur si consummatum infidelium dissolui posset auctoritate Pontificis, planè etiam consummarum fidelium; maximè cum Multorum opinio sit, eam significationem conjunctionis hypostaticæ, à principio cuiusque Matrimonio conuenisse, ut retuli sup. lib. 1. Cerrè potestas dissoluedi Matrimonium consummatum, reduceretur ad quoddam incertissimum fundamentum, quòd in re tanti momenti sustineri non potest. Hæc ille.

Præterea (inquit n. 12.) quia quamvis demus, Matrimonium ratum fidelium auctoritate Pontificis dissolui posse; attamen DD. qui id asserunt, probabilem assignant rationem, ob quam credamus, à Deo relictam eam potestatem in Ecclesia; sicut potestatem dispensandi in votis, quorum obligatio est de Divino naturali iure: attamen ut credamus, dispensante Christo in eò, quòd dixit Matth. 19. Quod Deus coniunxit homo non separet, relictam esse potestatem in Ecclesia ad dissolueda Matrimonia infidelium contummarum, nulla lubest idonea ratio. Nam si alter infidelis conuertitur ad

402. Auctori magis placet hæc opinio.

403. Quis sit tertius status quæstionis.

Pontius. Non potest Papa dispensare quando unus tantum conuertitur ad fidem. Probatum 1.

404. Probatum 2.

398. Resp. ad arg. in oppositum.

399. Conuersionem infidelium docet Vasquez.

400. quem sequitur Pontius.

Distinguit autem tres quæstionis status. Primus.

401. conuensus.

fidem, vel alter vult cohabitare sine Creatoris injuria, vel non: si hoc secundum jam jure Divino dispositum est, ut separetur vinculum, cap. *Si infidelis*, 28. q. 1. & 1. Cor. 7. *Si infidelis discedit, discedat*. Si verò vult cohabitare, separari non potest ex Decreto Pontificis cap. *Quanto*, de Divortiiis. Ita Basilus.

1. Cor. 7.

405.  
Approbat  
ab Auctore.  
C. 7. de  
Divort.

Et meritò, quia d. cap. rescribit Pontifex: *Si alter infidelis conjugum ad fidem Catholicam convertatur, altero vel nullo modo, vel non sine blasphemia Divini nominis, vel ut eum pertrahat ad peccatum mortale, ei cohabitare volente: qui relinquitur, ad secunda, si voluerit, vota transibit*. Ergo qui non relinquitur, ad secunda vota, etsi voluerit, non transibit: non relinquitur autem fidelis, quando infidelis legitime vult cohabitare, ut patet ex antedictis. Igitur ex d. cap. *Quanto*, nullatenus probatur, Pontificem posse dispensare, si infidelis velit pacifice cohabitare.

406.  
Ostenditur  
ex c. 8. de  
Divort.

Immo oppositum ostenditur ex cap. *Gaudemus*, eod. quod est ejusdem Pontificis, ibi: *Qui autem secundum ritum suum legitimam repudiarit uxorem: cum tale repudium veritas in Evangelio reprobaverit, nunquam eam vivente licite poterit aliam, etiam ad fidem Christi conversus, habere: nisi post conversionem ipsius illa renuat cohabitare cum ipso &c.* Si autem Pontifex tali casu posset dispensare, posset aliquando eam vivente licite aliam habere.

407.  
Ocurrunt  
objectiones ex  
Pontio.

Quòd autem (inquit Pontius sup.) aliqui Gentiles ad fidem facilius converterentur, si liceret illis dimissam primam, aliam, quam magis diligunt, retinere, nulla idonea causa est, nisi laxare libidini habenas, & velle, ut Evangelium libidini & voluptati deserviat.

An quia Germanicæ Clerici ad Ecclesiæ gremium redirent, si illis licentia ineundi conjugia concederetur, id indulgendum esset? Minime sanè; quo enim pacto credemus, illum erga Religionem esse affectum, qui erga legis naturalis obligationem male affectus est? Aut quo animo Religionem Christianam amplectetur, quam videt suæ voluptati & deliciis obsequentem?

Adde: quando ex parte unius facilis redderetur ingressus; ex parte tamen alterius, qui se deserere molestè ferret, esset difficilior, ut expendit optimè Innoc. in cap. *Gaudemus*, de Divort. Hactenus Pontius.

408.  
Alia probatio  
ejusdem  
sententia ex  
eod. Auct.

Deindè colligamus (prosequitur idem Auctor n. 13.) etiam non relictam hujusmodi potestatem Pontifici à Deo ex his, quæ certa sunt, hac consideratione. Nam Matrimonium istud consummarum infidelium vel dissolvitur, illis existentibus Catholicamenis, ante fidem susceptam, quod di-

ci non potest; quia ad Ecclesiam non pertinet ea, quæ foris sunt, judicare; neque in eos, qui nondum re ipsa fidem publice professati sunt susceptione Baptismi, suavertere potest jurisdictionem.

Si verò cum jam alter eorum ad fidem conversus est, altero in infidelitate remanente, cum in nondum conversum nullam Ecclesia habeat jurisdictionem, separe non potest volentem cohabitare sine Creatoris injuria, & perleverare in contractu, à se inito, firmo jure naturali.

Si verò jam uterque ad fidem conversus sit, eorum Matrimonium susceptione Baptismi, sine novo consensu, sit ratum consummatum; ut ex Pontificum Decretis & DD. communi sententiâ probavi lib. 1. Hæc ille. Quæ omnino sufficiunt, ad dubium propositum resolvendum pro parte negativa.

Illam ergo amplector, & ad rationes Novarri pro parte affirmati vadi primam quæ, licet eadem dico; licet demus, posse Pontificem auctoritate dissolvere Matrimonium inter infidelium non consummatum, non idoneum est, posse dissolvere Matrimonium consummatum infidelium. Est enim ratio (inquit Pontius sup. n. 17.) ob quam potest cum aliquo fundamento asseri, facultatem illam concessam, vel relictam Ecclesiæ in eo casu, quæ sine fundamento asseritur in isto, ut ostensum est. Nam quòd Divina auctoritate dissolvi posset, non dubitamus, cum in lege veteri non solum permittitur, sed licita repudia fuerint, ut diximus sup. suo loco. Itaque non est petenda ratio ex eo, quòd Matrimonio consummato infidelium non conveniat ea significatio, quæ convenit consummato fidelium; sed ex eo, quòd non est, unde talis facultas concessa colligatur; quin potius multa sunt, quæ oppositam convincunt, ut supra ostendimus. Ex quibus etiam patet responsio ad objectionem.

Ad tertiam respondeo cum eodem auctore; licet alios contractus posset potestatem humana dissolvere iusta de causa, quæ in naturam suam non sunt perpetui; hæc tamen naturam suam perpetuam est, & inde omnem firmitatem habet.

Et eodem modo responderetur ad quartam, scilicet, non pendere in hoc contractu dissolutionem ex consensu partium, & ex voluntate à Deo supremo Domino posse dissolvere. Cumque non constet, datam esse à Deo Pontifici facultatem dissolvendi, sed potius oppositum; non potest, etiam cum partium consensu, is contractus dissolvi.

Ad auctoritatem Abbatis, cap. *De publico*, n. 14. de *Convers. conjug.* quam adducit Sanchez, & sic sonat: *Unde videmus, quòd*

circa Matrimonium infidelium Ecclesia statuit, ut certo casu dissolvatur, ut in d. cap. Quanto, Dico: Ecclesiam in d. cap. nihil novi statueri circa Matrimonium infidelium in casu proposito; sed solum declarare, quid à Deo statutum sit in casu, quo unus infidelis convertitur, & alter non vult pacificè cohabitare, ut patet ex illis verbis: *Et in hoc casu intelligimus, quod ait Apostolus: Si infidelis discedit, discedat: frater enim vel soror non est servituti subiectus in huiusmodi: & Canonem etiam in quo dicitur: Contumelia Creatoris solvit ius Matrimonii circa eum, qui relinquitur.*

connubia, sed etiam alia necessitate suadente. Quidni ergo Pontifex ibi locutus fuerit juxta sententiam Navarri?

Video id posse dici; adeoque sententiam ejus satis probabilem esse, quam vis opposita sit magis tuta & probabilior; quam præter citatos, sequitur Aversa hinc q. 2. sect. 5. §. Postremo. Quia, inquit, non est eadem ratio Matrimonii consummati tempore infidelitatis, cum Matrimonio tantummodo rato inter fideles.

Si autem à me quæritur; an Ecclesia solvat Matrimonium ratum inter fideles per solemnem Professionem Religionis, ita ut remanens in sæculo, possit ad alias nuptias transire? Respondeo & dico:

CONCLUSIO VIII.

Matrimonium ratum inter fideles solvitur quoad vinculum per solemnem Professionem Religionis.

IN hac Conclusione omnes ferè Catholici DD. conveniunt, etiam qui ante Tridentinum scripserunt, & omnes omninò convenire debent post Concil. Tridentinum, quod in terminis eam definivit sess. 24. Can. 6 sequentis tenoris: *Si quis dixerit, Matrimonium ratum, non consummatum, per solemnem Religionis Professionem alterius conjugum non dirimi, anathema sit.*

Ita PP. hujus Concilii intellexerunt antiqua jura, quæ concedunt conjugibus ante Matrimonii consummationem liberum ingressum Religionis; intellexerunt, inquam, per eum ingressum, subsecutà Professione, non solum Matrimonium dissolvi quoad thorum & cohabitationem, sed verè dirimi quoad vinculum; ita, ut parti remanenti liberum sit ad alias nuptias transire.

Sed, dicit aliquis; amabò, quæ ist hæc jura antiqua? Jam edissero. Antiquissimum est Eusebii Papæ (qui sedit anno Christi 309) & refertur 27. q. 2. cap. 27. *Desponsatam puellam non licet parentibus alii viro tradere: licet tamen illi monasterium sibi eligere.* Quod Gloss. ibi verb. *Monasterium*, & DD. communiter intelligunt de puella desponsata de præsentibus ante Matrimonii consummationem; & patet ex eo, quod dicitur: *Alii viro tradere*; ergo prior, cui fuerat desponsata, jam erat vir ejus, scilicet per Matrimonium ratum; cum ante illud solum foret sponsus, & non vir, in magis obvia significatione.

Clarius id expressit Alex. 3. rescribens Salernitano Archiepiscopo (& ponitur cap. 2. de Convers. conjug.) *Verum post consensum*

Aversa sequitur sententiam Pontii.

415. Probatur Conclus. ex Concil. Trident.

416. Et aliis antiquis jurisconsultis, cap. 27. q. 2. quod est Eusebii Papæ.

417. Et cap. 2. de Convers. conjug. legitur.

412. Meretur difficultas aliqua ex quoque datur hinc Greg. 13.

413. Resp. Pontii.

414. Impugnatur.

jug quod est Alex. 3.

legitimum de presenti, licitum est alteri, altero etiam repugnante, eligere Monasterium (sicut Sancti quidam de nuptiis vocati fuerunt) dummodo carnalis commissio non intervenerit inter eos: & alteri remanenti (si communiter continentiam servare noluerit) licitum est ad secunda vota transire. Rationem subdit Pontifex: Quia cum non fuissent una caro simul effecti, satis potest unus ad Deum transire, & alter in seculo remanere.

Ubi Gloss. verb. Remanere, ait: Et cum alia contrahere, inf. eod. Ex publico. Et dicunt quidam, quod nihilominus remanet vinculum prioris Matrimonii, sed prorsus inefficax propter ingressum, & sic habebit duas uxores; sed non obest tale vinculum, arg. de Consecr. dist. 4. c. 2. Sed contra eos facit, 31. q. 1. Quomodo virginibus, & inf. de Divort. Gaudemus. Unde primi Matrimonii vinculum solvitur per ingressum Religionis, ut in Authent. de Sanct. Episc. §. Si vero constante adhuc Matrimonio. Coll. 9.

418. Pauci ante Trid. docuerunt oppositum.

Ex qua Glossa patet; quare dixerim in principio Conclus. Omnes ferè Catholici DD. quia pauci sunt, qui oppositum ejus ante Tridentinum docuerunt. Neque audiendi; quia nullum adducunt fundamentum, præter indissolubilitatem Matrimonii rati; sed hoc nullius momenti est, ut patet ex dictis, & amplius patebit ex dicendis.

Probatur provera Conclus. ex cap. 14. de Convers. conjug. quod est Innoc. 3.

Itaque quod Alex. 3. rescriptis Salernitano Archiepiscopo, idem respondit Innoc. 3. Lugdunensi Archiepiscopo, & refertur cap. Ex parte, eod. Nos, inquit, nolentes à Prædecessorum nostrorum vestigiis declinare, qui respondere consulti, antequam Matrimonium sit per carnalem copulam consummatum, licere alteri conjugum, reliquo inconsulto, ad Religionem transire, ita quod reliquus, ex tunc legitime poterit alteri copulari, hoc ipsum tibi consulimus observandum in articulo prænotato.

419. Itè ex Joan. 22. Extrav. Antiqua, de Voto.

Accedat Joan. 22. in Extravag. Antiqua, de Voto, ubi sic ait: Auctoritate Apostolica districtius inbibentes, ne quisquam durante Matrimonio, nondum etiam consummato, aliquem de sacris Ordinibus præsumat suscipere, nisi prout sacris Canonibus noverit convenire. Quod si secus à quoquam forsitan attentatum fuerit: ordinamus, quod nec Matrimonio soluto in sic suscepto Ordine ministrare, nec ad superiores Ordines provehi, nec ad aliquod beneficium vel officium Ecclesiasticum valeat promoveri. Nisi aliquam de Religionibus approbatis (quarum Professio ad castitatis custodiam, & abdicacionem temporalium, & sui Superioris obedientiam suos professores astringat) ipsum canonicè contigerit ingredi, ac ejus Regulam expressè vel acitè profiteri: quo casu, Diocesanus super præmissis, & singulis præmissorum, cum eo dispenzare valeat, nisi sit aliud canonicum, quod obstat.

Ubi, ut vides, hic Pontifex requirit non tantum ingressum, sed etiam Professionem in Religione approbatam, quæ adstringit suos professores ad castitatem, paupertatem & obedientiam; quam utique Professionem Tridentinum sup. vocat, ut auctoritatem sollemnem Religionis Professionem. Igitur non est relictus locus dubitandi de venientibus Conclusionis.

Sed dicit aliquis: quomodo ergo Matrimonium ratum est indissolubile, ut superius dictum fuit? Respondetur, quod si per Divino, ut superius dictum fuit, ut dicitur in Subtilem 4. dist. 31. q. 1. n. 1. dicitur, inquit, uno modo, quod indissolubile manet usque ad mortem. Quod autem dicitur in Apostolus 1. Cor. 7. Si dormierit vir cum soluta est mulier à lege Matrimonii, non esse verum de morte civili, non tantum de morte carnali; quia iste actus non copulatur, nisi viventi viri à civili: profectus autem votum religiosum, moriturus civiliter.

Ecce primus modus, quem tamen non improbat approbat Scotus; sed eum impugnavit. Contra hoc: si Matrimonium est consummatum, effect indissolubile omnino usque ad mortem, ita quod si conjuges etiam pari voto continerent, non dissolveretur vinculum inter eos, etiam per ingressum Religionis: ergo secundum istam viam indissolubilitas ipsa competit Matrimonio, non ex contractu Matrimonii simpliciter, qui est datio manna: sed ex actu carnali superaddito; quod non videtur probabile, quia iste actus non est aliquid novi contractus, nec per consequens aliquam novam indissolubilitatem obligationis inducit. Hæc ille.

Idèque incontinenti subiungit alium modum seu viam ex Henr. Quodl. 5. q. 39. qui talis est: Alter dicitur, quod per Professionem Religionis non dissolvitur vinculum conjugale: sed si arguitur, quod sponsa contracta in seculo, potest alteri nubere, & esse uxorem: & ita erit simul uxor duorum. Hinc quod hoc non est inconveniens, si tamen quod unus tantum spiritualiter, scilicet carnali spiritualiter, alterius spiritualiter & carnaliter conjungatur, quod est inconveniens, quod est hæc viam mul carnaliter.

Sed nec hæc via placet Doctores citatos. Undè ait: Et secundum hoc hæc viam quænter concedere, quod una possit esse centum simul isto vinculo spirituali; & tunc Matrimonium, unde Matrimonium, non terminaret, quod una esset unus, nec illa sponsa commutativa, quæ ibi requiritur: nec videtur, quod illa copula carnalis sequens, aliquam novam justitiam commutativam tribuat.

Quærit aliquis: quæ ergo via, seu quæ modus placeat Scoto? Tertio modo (prolequitur n. 7.) dici potest, quod in Matrimonio ratio, etiamsi contrahens intendat non esse

BIBLIOTHEK PADERBORN

sentire in carnalem copulam, sed statim ad Religionem avolare ante consummationem, non est accommodatio, sed permutatio potestatis, non ad tempus, sed pro usu perpetuo; alioquin non esset verè Matrimonium novæ Legis, & ex datione ista oritur vinculum indissolubile, nisi per mortem naturalem alterius conjugum, vel per revocationem seu relaxationem illius, qui statuit hoc esse sic indissolubile. Christus autem, qui istam indissolubilitatem induxit, Matth. 19. reprobans pro lege sua repudium Mosaicum, ipse relaxavit istam indissolubilitatem, quando alter conjugum convertitur ad Religionem.

Undè Ecclesia nunquam attentasset post Matrimonia rata non consummata, licentiarè alterum ad Religionem, altero manente in sæculo, nisi Christus hoc instituisset. Habetur autem hoc ex factis Christi, vocatis Joannem Apostolum & Evangelistam ad Apostolatam à nuptiis, Joan. 2. cujus exemplum imitati sunt sancti Patres, Alexius, Theonas & alii.

Nec tamen illa, nubens alii, erit simul axor duorum: sed tantum secundus, quia vinculum ipsum ad primum dissolutum est per relaxationem Christi. Non autem præcisè per talem vel talem mortem ejus, quia dissolutio, quæ est per mortem, est per defectum alterius extremi, nec requirit specialem relaxationem Legislatoris.

Hæc autem relaxatio Christi rationabilis fuit, quia rationale est, obligationem ad minus bonum, commutari in obligationem ad majus bonum ab eo, qui habet auctoritatem commutandi. Professio autem in Religione est obligatio ad majus bonum, quia ad spirituale. Undè & Christus statum virginitalis intelligit, non tantum per carentiam actus, sed cum proposito continendi perpetuo, & istum prætulit statui conjugali, Matth. 19. Sunt Eunuchi, qui se castraverunt propter regnum cælorum, qui potest capere capiat. Undè hæc castitas, divisa contra conjugalem, dicitur habere fructum centenarium, illa verò trigenerium, secundum Hieronymum contra Jovinianum.

Ista sunt verba Scoti, propter quæ citatur communiter pro illa sententia, quæ docet, solemnem Professionem Religionis immediatè dissolvere Matrimonium ratum ex jure Divino positivo. Pro quo

Nota, quamquam omnes DD. Catholici post Concilium Tridentinum unanimiter asserant, Matrimonium ratum dissolvi per solemnem Religionis Professionem; tamen inter se disputant, quo jure id fiat; neque enim Tridentinum hujus juris meminit, ut patet ex verbis supra relatis, & idè in diversis abiere sententias; his asserentibus, ex natura rei id competere Professioni, ac proinde ex jure naturali Divino; illis di-

centibus, dissolvi solo jure Pontificio; aliis denique sententibus, hoc competere Professioni ex solo jure Divino positivo, concedente Christo id privilegium illi. Atque pro hac sententia citatur, ut jamjam dixi, Doctor Subtilis, eamque probabiliorè reputat Sanchez lib. 2. disp. 19. n. 3. Quia, inquit, non competit ex natura rei, nec ex jure Pontificio, ergo ex jure Divino positivo.

Probat Antecedens pro 1. parte, id est, Professioni id non competere ex natura rei, Primò; quia aliàs non posset dici Matrimonium ratum ex natura rei indissolubile; id enim tale dici nequit; quod per causas naturales solvi potest: ut cæteri contractus naturales sunt dissolubiles, quia in eorum natura dantur causæ sufficientes dissolutionis.

Et confirmatur; quia si Matrimonium ratum ex natura rei dissolveretur per supervenientem fornicationem, non diceretur ex natura rei indissolubile. Hæc ille.

Sed quia plures docent; Matrimonium ratum ex natura sua non esse indissolubile; hinc aliter & meliùs probatur: quia (inquit Sanchez sup.) attentà solè rei naturâ, votum solemne emissum post Matrimonium ratum, est prorsùs irritum: ergo non potest per illud ex natura rei dissolvi Matrimonium ratum.

Patet Antecedens; quia res uni tradita, nequit validè alii tradi absque domini consensu: per Matrimonium autem, traditum erat corpus alteri conjugi. Nec valer; si dicas, hanc injuriam compensari majori Religionis bono; quia hoc tantum est verum, supposito Christi privilegio, quo stante, includitur in Matrimonio rato, tacita quædam conditio: Nisi voluero ad Religionem transire; aliàs enim ex natura rei non includeretur.

Quod sic constat: nam aut hoc majus bonum est conjugis transeuntis ad Religionem; & hujus bonum non compensat injuriam alteri illatam, auferendo rem suam: debet enim esse majus bonum ejusdem; injuriam passî: aut est majus bonum conjugis manentis in sæculo, & hoc non: quia ipsi nihil utilitatis accrescit: aut majus bonum totius Ecclesiæ, quod manens in sæculo, bono proprio præferre tenetur, & hoc non probat dissolvi per hoc Matrimonium; quia sæpè erit inutilis Ecclesiæ, & aded rudis, ut ad id fit ineptus: item, quia similiter probaret per Episcopatum dissolvi: item, similiter probaret de Matrimonio consummato, saltem ubi non est proles: item, solùm probaret licere ingredi, non tamen prius Matrimonii vinculum dissolvi. Hæc ille.

Est nunquid convincunt intentum? Prorsùs, si bene explicentur & congruè intelligantur. Pro qua explicatione, & con-

Eeeee  
gruo

Jure Divino positivo solvere, existit, mat Sanchez pro-babilius;

426. Probatur ex Sanchez non solvere ex natura rei!

Confirmatur.

427. Secunda probatio ex cod.

Evasio praecluditur.

428. Ex natura rei non includitur in Matr. hac conditio: Nisi voluero ad Religionem transire.

429. Vinculum Matr non repugnat

quod facit per ingressum Religi-

423. Habetur ex factis Christi.

424. Hæc relaxatio est rationabilis.

Status virginitalis est præstantior conjugali. Matth. 19.

425. Quo jure Professio solvat Matrimonium.

formaliter  
Professione.

gruo intellectu, Nota: vinculum Matrimonii & vinculum solemnis Professionis non habere formalem repugnantiam, ob quam ex natura rei unum formaliter excludat aliud, ita ut simul permanere non possint; ut patet in Matrimonio consummato, dum unus conjugum, vel uterque ex mutuo consensu solemniter profiteretur; certum quippe est apud Omnes, tali casu non dissolvi vinculum Matrimonii, sed integrum permanere; ita ut, si professus copuletur suæ conjugii, non peccet peccato fornicationis, & si alteri copuletur, adulterium committat.

Cur ergo similiter non possit permanere vinculum Matrimonii rati, ita ut, si professus consummet Matrimonium, non fornicetur, & si alteri copuletur, adulteretur? Non video sufficientem rationem disparitatis. Nonne Aliqui docent, quando uterque conjux proficitur ante consummationem Matrimonii, vinculum Matrimonii nullatenus dissolvi?

430.  
Occurritur  
objectioni.

Nec dicas: illa duo vincula obligant ad actus formaliter inter se repugnantes, puta ad copulam carnalem, & abinentiam ab ea copula: nam inde tantum sequitur, quod nequeant licite simul assumi. Censetur quod quis non possit habere diversas obligationes, nisi omnibus possit satisfacere? Oppositum patet in debitore, qui multa habet debita, quibus omnibus non est solvendo. Et in præfenti potest quis habere obligationem simplicis castitatis, & simul vinculum Matrimonii, estd nequeat simul actus utriusque vinculi exercere.

Sanchez.

Atque ut illa vincula haberent formalem repugnantiam ex natura rei, jam, ut supra dicebat Sanchez, votum solemnè omnino foret irritum; quia de re aliena, scilicet proprio corpore, quod per Matrimonium ratum alteri prius erat traditum.

431.  
Res uni vendita & tradita non potest alteri vendi aut donari.

Existimas, quia venditor rem uni venditam & traditam, possit iteratò ad se sumere, & alteri vendere, aut etiam donare Ecclesiæ? Scio quòd non, estd illa donatio in se considerata foret majus bonum; quia in his circumstantiis non est majus, sed minus bonum; imò malum, cum fiat in præjudicium & cum injuria tertii. Et sic esset in casu proposito ex natura rei.

Gratis dicitur in omni Matr. ex natura rei subintelligi hæc conditionem: Nisi ante consummationem etc.

Gratis autem dicitur; quòd secluso jure positivo, in omni Matrimonio subintelligatur illa conditio: *Nisi ante consummationem, alter fruges sanctioris vite sibi optare voluerit.* Cur enim illa conditio magis in hoc contractu, quam in donatione alterius rei, homini facta, subintelligatur? Nam cum proportione dici posset, dum aliquid homini donatur, subintelligi conditionem: *Nisi interim placeat donare illam Deo.* Deinde: si id verum foret, etiam per votum Ordinis sa-

cri dissolveretur, cum ille status sit melior; hoc autem falsum esse, constat ex Joan. 22. Extravag. *Antique*, de Voto. Immo loqueretur; quòd etiam per votum simplex perpetuè continentæ, possit dissolvi, quia & hæc vita sanctior est.

Nec dici potest: per Matrimonium ratum non esse tranlatum dominium utriusque conjugis in alterum vicissim; alia non esset statim licitus usus, neque haberet unus conjugum jus & potestatem in corpore alterius; hoc autem constat esse falsum. Nisi dixeris (quod nemo admittet) si vir aut mulier alteri nuberet, & Matrimonium consummaret, prius Matrimonium hoc ipso ex natura rei fore dissolutum, veluti dissolvitur prima venditio, non secunda traditione rei, per secundam, secunda traditione.

His accedit; quòd Professio religionis dissolvat servitutem humanam, servitus prope professus non liberatur a peccatis & peccati; & tamen Professio Religionis, quæ est servitus Divina, longè præter servitutem humanam. Ergo similiter in nostro casu, tamen vinculum Religionis longè præter vinculo matrimoniali, minime inde sequitur, ex natura sua istud dissolvere.

Atque hæc est tertia probatio Sanchez supra ubi sic ait: Nullus est contractus indissolubilis ac Matrimonium ratum, constat: ceteri enim contractus multis casibus dissolvuntur, & præcipue ex mutuo consensu, quod longè abest à Matrimonio: at Professio Religionis non dissolvit ceteros contractus, per quos acquiritur tertio, ut obligationem ad solvendum debita, venditionem, &c.

Dices: hoc non repugnare Religioni. Contra: servitus repugnat Religioni, si tamen qui se in servum vendidit, nequeat Religionem convolare. Hæc ille.

Sed contra, dicit aliquis (Et eripitur esse argumentum pro opposita sententia) Professio mors spiritualis est, juxta illud: *Mors spiritualis est in Christo: & Matrimonium ratum, cum solo consensu contrahitur, est vinculum spirituale: ergo sicut mors naturalis suapte natura dissolvit vinculum naturale Matrimonii consummati; ita mors spiritualis Professionis, dirimit ex natura rei vinculum spirituale Matrimonii ratum.*

Respondet Sanchez supra: Religionis Professio non est vera mors spiritualis, sed metaphorica. Item, alia dissolvitur Matrimonium consummatum. Item, vota simplicia in Religione approbata, ut in Societate Jesu, sunt mors spiritualis: tamen cum quis renuntiat honoribus ac divitiis in sæculo, mors est spiritualis, juxta illud Pauli ad Gal. 2. *Vivo ego jam non ego.* Item

B O S C O  
Sacramentum  
patis  
D O M I N I

Alia solutio ex Suario

est mors voluntaria; & non naturalis, & ita non apparet, quo pacto possit ex natura sua dissolvere contractum, ex natura rei indissolubilem. Præterea; quia etiam Matrimonium ratum non continet traditionem propriè spiritualem, cum reverà tradatur corporum dominium per contractum externum & sensibilem. Ita Sanchez.

diversorum ordinum; sic enim Professio religiosa perfectior servitus est, quam humana; & nihilominus hæc non rescinditur per illam: nam si servus profiteatur obedientiam religiosam, non liberatur à jugo servitoris humanæ; cum tamen illa servitus non solum sit minus perfecta, sed etiam dissolubilis naturâ suâ per privatas etiam voluntates, quod non habet Matrimonium ratum. Ita Suarez.

435. Aliud arg. solvitur ex Suario. Paludanus.

Et simile huic argumento (puta, Religiosus mortuus est quoad actus civiles & carnales) adhibet solutionem Suarius to. 3. de Relig. lib. 9. cap. 23. n. 13. dicens: Ad Paludanum (qui hoc argumento utitur 4. dist. 27. q. 3. a. 2. n. 10. in fine) respondetur: Professionem intactam esse mortem civilem, in quantum jure aliquo positivo morti civili æquiparata est; ea enim, quæ non verè, sed fictione juris talia sunt, neque esse, neque intelligi possunt talia ex natura rei sine adminiculo juris. Ex eo ergo, quod Professio dissolvat Matrimonium ratum, quatenus est mors civilis, potius inferitur, non id facere ex sola natura rei, sed virtute alicujus juris positivi. Hæc ille.

436. Tertium fundamentum oppositæ sententiæ est: quia ipsa ratio naturalis dicitur, licitum esse, ab imperfectiori ad perfectiorem statum, transitum, nullâ tertio injuriâ illatâ, ut contingit hic; non enim fit injuria proli, cum ea non possit esse in Matrimonio rato: nec manent in sæculo, quia potest aliud inire Matrimonium: & quamvis esset aliqua injuria, non tanta est, quin bono Religionis maximo compensari valeat.

Resp. Sanchez.

Respondet Sanchez sup. idem probaret de Matrimonio consummato. Quod si dicas, fieri injuriam proli & relicte femine, cum jam sit deflorata: cessaret utique hæc injuria, quando non esset proles, & relicta consentiret. Præterea; quia in Matrimonio rato potest esse similis injuria relicte, quando absque seminis effusione esset deflorata, quo casu non est Matrimonium consummatum.

Secunda.

437. Tertia.

Præterea; quia esse Religionem statum perfectiorem & mortem spiritualement, non probat dissolvi prius Matrimonii vinculum; non enim est incompatibilis cum vinculo Matrimonii, ut constat, quando post Matrimonium consummatum ambo communi consensu profitentur; valet enim Professio, & manet Matrimonii vinculum, & quando ante consummatum ambo profitentur, valet Professio, & non dissolvitur vinculum Matrimonii rati, juxta D. Thomam & alios: sed tantum probat, manente vinculo Matrimonii, posse alterum transire per commutationem ad statum perfectiorem. Hæc ille.

438.

Suarius autem sup. sic ait: Sola major vel minor perfectio non sufficit in his, quæ sunt

Et hoc exemplum (prosequitur) refutat etiam sufficienter, quod Richardus dicebat de commutatione in melius: hæc enim commutatio ex natura rei non potest propriè auctoritate fieri in his, in quibus jam alius habet jus acquisitum; quia, interveniente injuriâ tertii, definit esse melius, quod aliàs tale esset, ut videre licet in dicto exemplo, & in quolibet alio contractu humano (extra Matrimonium) per quem fit alteri jus acquisitum. Hæc ille. Et merito, ut patet ex supradictis.

Richardus impugnatur.

Sed eis non acquiescit Cajetanus, qui tom. 1. Opusc. tract. 27. de Dispens. Matr. &c. ait, tantæ virtutis esse votum castitatis religiosæ, ut solvat Matrimonium, prius legitime contractum, & non consummatum; non ex statuto Ecclesiæ, sed ex propria natura; quia licet hoc votum habeat solemnitatem ex statuto Ecclesiæ, nihilominus, suppositâ solemnitate, ex natura rei repugnat Matrimonio, & usibus ejus: sicut consecratio calicis est ex statuto Ecclesiæ, & nihilominus factâ consecratione, ex natura rei repugnat illi communis seu profanus usus.

439. Proponitur arg. Cajetani pro eadem opinione.

Respondet Suarez sup. exemplum de calice consecrato parum probat; tum, quia hic non est alia consecratio, nisi quatenus promissio, vel oblatio facta Deo, dicitur quædam consecratio: tum etiam, quia ex consecratione ad summum sequitur, non esse licitum profanum usum rei consecratæ; non verò sequitur talem rem fieri omnino inhabilem ad alium usum, aut quod per accidens saltem licere non possit. Hæc ille.

Resp. Suarez.

Et verò, quæ illa solemnitas voti castitatis? Non alia sanè, quam dissolutio Matrimonii rati, & impedimentum perpetuum dirimens Matrimonium contrahendum, si ve potius moralis efficacia voti castitatis ad inhabilitandum perpetuo personam, ne validum Matrimonium contrahere queat, & ad dissolvendum Matrimonium ratum. Si ergo solemnitas ex statuto Ecclesiæ est; etiam ex statuto Ecclesiæ, & non ex natura rei solemnitas Professio dissolvit Matrimonium ratum; sicuti non ex natura rei, sed ex statuto Ecclesiæ dirimit Matrimonium contrahendum.

440. In quo consistat solemnitas voti.

Undè si aliquis quærat, quare hoc votum

441.

*Quare hoc votum potius sit solemne, quam aliud.*

castitatis potius sit solemne, quam istud? Respondetur citius, quia hoc votum habet virtutem dirimendi Matrimonium contrahendum, & dissolvendi Matrimonium ratum. Et si rursus interroget: quare hoc votum dirimit & dissolvit? Bene respondetur, quia est solemne. Quippe dum quaeritur de actu vel effectu alicujus, quare illum operetur, rectè potest responderi, quia talis naturæ est, vel assignando simplex vocabulum, quod importat virtutem operandi talem effectum.

Et si terminus ille non sit satis clarus, tunc, si de illo quaeratur, quare ejusmodi effectum operetur, rectè & sine vitioso circulo responderi potest, describendo terminum per formam seu virtutem causandi; v. g. si petatur, quare hic color disgreget visum, rectè respondetur: quia est albus: si iterum quaeratur, quare est albus, bene dicitur, non quia disgregat, sed quia habet virtutem disgregandi visum.

442.

Ergo similiter in casu proposito, ad quaestionem, quare hoc votum castitatis dissolvat Matrimonium ratum, scitè respondetur; quia est solemne: et si iterum petatur, quare est solemne? Rectè dicitur; non quia dissolvit, sed quia habet virtutem dissolvendi.

*A quo votum solemne habeat virtutem dissolvendi Matrimonium.*

Et à quo putas, habet virtutem dissolvendi? Si solemnitate habeat ex statuto Ecclesiæ, ut vult Cajetanus supra, consequenter etiam ex statuto Ecclesiæ habet virtutem dissolvendi, & non ex natura rei, secluso statuto Ecclesiæ. Dicere autem, habet ex natura rei, supposità solemnitate, idem est, ac dicere, habet ex statuto Ecclesiæ; quia solemnitate, cujus effectus est quodammodo illa dissolutio, habet ex statuto Ecclesiæ.

443.

*Non habet ex natura rei, sed ex statuto Ecclesiæ.*

Nisi ergo per naturam rei intelligas etiam ipsam solemnitate, votum castitatis, quantumcumque perpetuum, & publicè emissum, ex natura rei non habet hunc effectum. Sin autem per naturam rei intelligas naturam voti solemnitis, sic rectè dici posset: votum solemne castitatis ex natura rei repugnat Matrimonio; quia ipsa solemnitas non est aliud, ut dictum est, quam efficacia voti castitatis, ad inhabilitandum perpetuò personam; ne validum Matrimonium contrahere queat, & ad dissolvendum Matrimonium ratum. Sed quoniam illa solemnitas accidentaria planè est voto castitatis; hinc merito dicitur, votum castitatis ex natura rei non habere hunc effectum.

Et sanè ipse Cajetanus non dicit simpliciter, ut supra audivimus, votum castitatis ex natura rei habere hunc effectum, sed cum illo addito: *Supposità solemnitate*; quasi diceret, votum castitatis, junctà ejus so-

lemnitate. Quidquid sit de mente Cajetani; sicuti non propriè dicitur, votum solemne naturà suà irritare Matrimonium subsequens; ita quoque non propriè dicitur, votum solemne naturà suà dissolvere Matrimonium ratum.

Sit, igitur secunda sententia. In casu Concluf. dissolvit Matrimonium ratum Divino positivo, à Christo Domino specialiter lato in lege Evangelica; per eandem utique voluit dispensare in lege naturali de indissolubilitate Matrimonii. Hanc sententiam tamquam probabiliorè amplius Sanchez sup. post Abulensem l. Reg. c. 8. q. 98. & alios plures tam Theologos, quam Jurisperitos, videtur esse. Scitè allegati, ibi: *Unde Ecclesia non potest licentiarè alterum ad Religionem, alienante in seculo, nisi Christus hoc voluerit.*

Duplex autem fundamētum hujus sententiæ afferri potest. Primum est, quod Suar. sup. n. 14. quia hic effectus non est ex sola natura rei, ut probatur; nec est potest ex jure Ecclesiastico; quia non habet Ecclesia potestatem ad dispensandum in jure naturali, neque ad immutandum naturalem proprietatem Matrimonii rati, qualis est absolute indissolubilitas. Relinquitur ergo, ut fieri debuerit jure positivo Divino. Positivo (inquam) non solum superaddito puræ naturæ, sed etiam superaddito gratiæ; quia etiam gratia non affert secum ex sola intrinseca natura talem effectum; ut cum proportione probant omnes rationes, in præcedenti puncto adductæ. Ita Suarius.

Nec dicitur: potius in lege Evangelica, quæ est lex gratiæ, addita est indissolubilitas Matrimonio ratione Sacramenti, & ratione præcepti à Christo lati, quam dispensata: ergo stando in jure Divino Evangelico, non est magis sobabile Matrimonium ratum, per statum alicquem subsequens, quam esset jure naturæ.

Respondetur quippe, juxta hanc sententiam, utrumque esse verum: nam duplex jus Evangelicum in hoc negotio colligi potest; unum, quod secundum legem ordinariam, obligat ad indissolubilitatem Matrimonii rati; aliud, quod in parti culati casu dispensat ob perfectionem legis novæ. Undè dici potest, legem novam intervenire auxillis indissolubilitatem illius vinculi retentivè autem aliqua ex parte illud dimissivè dispensativè. Ita Suarius.

Et proseguitur n. 15. dicens: Secundum fundamentum hujus sententiæ est; quia Christus Dominus sine dubio potuit hanc dispensationem concedere; quod autem fecerit; & est consentaneum perfectioni legis Divinæ, ne majus bonum Religio-

per legem illam generalem Matrimonii impeditur; & conlonat etiam Traditioni Ecclesiasticae, cujus nullum initium scriptum invenitur; quod est signum juris seu institutionis Divinae, à Christo factae, juxta regulam Augustini lib. 4. de Baptismo c. 24.

Talem autem esse hanc Traditionem, constat tum ex juribus & Pontificibus, qui de hac re loquuntur; semper enim de hac consuetudine tractant, tamquam de re antiqua, nullisque sibi vel alteri attribuit institutionem ejus: tum etiam ex Sanctorum exemplis, quae sunt optima indicia legis Divinae, teste Augustino lib. de Mendacio cap. 15. & Gregor. Homil. 10. in Ezechielem.

In presenti autem habemus multa exempla Sanctorum, qui ante omnem Ecclesiasticam legem, post Matrimonium ratum, propter vitae perfectionem, conjugem reliquerunt: quae exempla late sup. tractavimus disputando de voto simplici castitatis; & Alex. 3. in c. 2. de Convers. conjug. generatim ait: *Sicut Sancti quidam de nuptiis, vocati fuerunt.* Hucusque Suarius pro hac sententia.

447. Sed nunquid eam sequitur? Nequaquam, si intelligatur de immediato praecipio Divino, quasi Christus ipse immediate praecipisset, ut, non obstante Matrimonio rato, liceret statum Religionis assumere, & quod ex hoc statim necessarii sequatur illud Matrimonii solutio; sic, inquam, intellecta hac sententia, Suario non probatur.

448. Si dixeris: non esse aequalem rationem, quia plus est solvere, quod ligatum est, quam impedire ne vinculum fiat. Unde Ecclesia multis modis potest impedire, ne Matrimonium contrahendum valeat; solvere autem, quod ratum jam est, aut raro, vel forte omnino non potest.

449. Unde illa inaequalitas potest retorqueri, Respondet Suarez sup. n. 17. Licet in hoc excedat Matrimonium jam factum: tamen aliunde est inter hos duos effectus quaedam connexio, ratione cujus necessarii habent aequalitatem in ordine ad hoc Divinum jus; quia nullum votum potest dissolvere Matrimonium ratum, nisi reddat personam inhabilem ad simile Matrimonium; quia esset valde absurdum subtrahere conjugem de actuali dominio & potestate alterius, & relinquere illum liberum, ut valide possit se tradere alteri in conjugem.

& ex illa confirmari ratio facta. Nam difficilius est dissolvi Matrimonium ratum, quam impedire contrahendum; si ergo Christus dedisset voto solemnem castitatis priorem virtutem, dedisset utique posteriorem; quia non minus conveniens esse poterat Statui religioso posterior, quam prior; & alioqui non erat conveniens, votum aliquod habere priorem efficaciam sine posteriori: ergo si posteriorem non dedit, profecto neque priorem.

Unde etiam confirmatur: quia verisimile non est, votum solemnem continentiae prius cepisse in Ecclesia irritare Matrimonium contractum, quam contrahendum; sed hoc secundum non habuit ab ipso Christo; imò verisimile est, non semper habuisse hunc effectum in Ecclesia; ergo idem prorsus de primo sentiendum est. Haecenus Suarez.

Audito dicentem: non video, cur esset valde absurdum, subtrahere conjugem de actuali dominio & potestate alterius, & relinquere illum liberum, ut valide possit se alteri tradere in conjugem; nam id de facto aliquando fieri, Omnes admittere debent, qui docent, Pontificem ex aliis causis posse dispensare in Matrimonio rato, ut clarum est. Quis autem dixerit, illam doctrinam esse valde absurdam, quam tot Doct. non infamæ notæ, tamquam verè probabilem propugnant, & tot insignes Pontifices praedicant?

Cur ergo valde absurdum foret, si Christus immediate praecipisset dissolutionem Matrimonii rati per solemnem Professionem; est non praecipisset irritationem Matrimonii subsequenti? Maxime, cum secundum Matrimonium foret saltem illicitum; ubi tamen in casu dispensationis Pontificiae, etiam sit licitum.

Respondet Suarez sup. cap. 6. n. 17. Hoc non est inconveniens in casu particulari; in quo necesse est, ut gravissima causa intercedat: constituere autem hoc tamquam regulam generalem, absque alia causa urgente, non videtur rationabile.

Sed contra: nonne de facto Deus per regulam generalem statuit dissolutionem Matrimonii, etiam consummati, infidelium, dum alter convertitur ad fidem, relicto nolente pacifice cohabitare? Planè, ut patet ex supradictis, & tamen per hoc non reddidit personam fidelem inhabilem ad aliud Matrimonium.

Fateor sic Deum statuisse; sed non absque alia causa urgente, scilicet, ne fidelis conversus deberet contra voluntatem suam, & sine culpa sua manere perpetuo caelebs, quae causa hic non militat.

Dices: saltem non valet illa retorsio inaequalitatis. Eecccc 3

Quod obiectum fuit re-torquetur.

Confirmatur ratio Suarii.

450. Oppugnat.

451. Resp. Suarii.

Impugnatur.

Defenditur.

452.

S. August.

S. Gregor.

Multis san-ctis populi-ae perfe-ctum reli-querunt con-juges.

447. Sua ex non sequitur hac sententiam.

Reprobatur.

448. Obiectio.

Solvitur.

449.

*Contra ve-  
sorptionem  
arguitur.*

qualitatis; quia enim difficilius erat dissolvi Matrimonium ratum, & fortè superans potestatem humanam, ideò Christus dedit voto solemnì castitatis illam virtutem; quia autem facilius erat impedire Matrimonium contrahendum, & nullatenus excedens potestatem hominum, idcirco per seipsum noluit voto solemnì castitatis hanc virtutem tribuere, sed reliquit id dispositioni Ecclesiæ. Quòd autem votum continentia non priùs coeperit in Ecclesia irritare Matrimonium contractum, quàm contrahendum, unde constat? Sanè res incertissima est, ut infra patebit. Atque hæc de primo argumento Suarii.

453.  
*Secundum  
arg. Suarez.*

Sequitur secundum: Votum castitatis religiosæ non dirimit Matrimonium ratum, nisi solemnè sit; ergo non dirimit ex vi solius Divini juris; sed interventu & efficacia juris Ecclesiastici. Antecedens patet: quia licet non omne votum solemnè dirimat Matrimonium ratum, ut constat de voto Ordinis sacri in Extravag. un. de Voto, Joan. 22. è contrario verò nullum votum dirimit Matrimonium ratum, nisi solemnè sit. Consequentia verò probatur; quia solemnitas voti non est de jure Divino; ergo neque hic effectus, qui voto non convenit absque solemnitate. Ita Suarez sup. n. 18.

*Solemnitas  
voti non est  
de jure Divi-  
no, ex c. un.  
de Voto in 6.*

Porro quòd solemnitas voti non sit de jure Divino, expressis verbis docet Bonifacius 8. cap. un. de Voto in 6. ibi: *Nos igitur attendentes, quòd voti solemnitas ex sola constitutione Ecclesiæ est inventa &c.*

454.  
*Obiectio.*

Dices: quàmvis Christus non instituerit solemnitate voti, instituisse tamen & præcepisse, ut eo ipso quòd votum esset solemnè, Matrimonium ratum dirimeret.

*Solutio.*

Sed contrà (inquit Suarez sup.) nam Ecclesia de facto instituit aliquod votum solemnè, quod non habet illum effectum, ut patet de voto Clericorum.

455.  
*Infantia.*

Si respondeas: illud non esse votum solemnè simpliciter, sed secundum quid; scilicet quoad effectum dirimendi Matrimonium post contractum; hanc enim ob causam hujusmodi determinationem addit Pontifex in cap. un. de Voto in 6.

*Diluitur.*

Contrà: nam hinc sequitur, votum simpliciter solemnè vocari, quod utrumque habet effectum, scilicet dirimendi contractum & contrahendum: ergo cum solemnitas sit ab Ecclesia, & non ex institutione Dei, neuter effectus potest esse de jure Divino immediatè, sed solum in origine, quatenus de jure Divino est, ut quod Petrus solvit in terris, solutum sit in cælis.

456.  
*In quo sensu  
sit vera hæc  
propositio:*

Undè in hoc solo sensu potest esse vera illa hypothetica seu composita propositio; scilicet, supposità solemnitate simpliciter voti, de jure Divino esse, ut dirimat Ma-

rimonium ratum; nam supponere solemnitatem simpliciter, nihil aliud est, quàm ponere Ecclesiam voluisse, ut tale votum sic factum, habeat tales effectus.

Et confirmo: nam quidquid aliud in voto castitatis religiosæ esse intelligitur, antecedens ad directam institutionem talis effectus, non est solemnitas sufficienti ad talem effectum, & potest per Ecclesiam fieri, ut maneat sine tali effectu; ergo nulla alia solemnitas cogitari potest, cui de jure Divino sit adjunctus hic effectus: nam si esset, non esset ab illa separabilis per Ecclesiam in sensu composito, ut aiunt.

Antecedens patet, interrogando, quid sit illa solemnitas voti, cui adjunctus est iure Divino hæc efficacia? Aut enim est tractatio & Status religiosus, & hoc non potest in aliquo gradu Societatis hoc concernere, venit sine illo effectu: aut est consecratio aliqua vel benedictio Ecclesiæ, & hoc etiam non; quia est canonice valde accidentaria, & potest Ecclesia illam concedere sine dissolutione vinculi Matrimonii ratii; sed sub ea lege, ut alter etiam coque perpetuam castitatem servaret.

Et eadem replica fieri potest, quidquid aliud esse dicatur talis voti solemnitas; ut v.g. quòd sit absoluta perpetuitas ejus, cum traditione & obligatione mutua, etiam ex parte Religiosis; nam his omnibus permanentibus, in quocumque, vel in aliquo Statu religioso, posset Ecclesia statueri, ut in eo non dissolveretur Matrimonium ratum; sed quòd vel Professio non esset valida, si in viâ altera parte fieret; vel certè si fieret ex consensu ejus, ille cogere tur continentiam servare. Quo enim fundamento negare audebimus, posse hoc facere Ecclesiam, cum nullibi reperitur à Christo prohibitum?

Et licet generaliter non expediat, ut aliud est agere de absoluta potestate, de convenienti usu ejus; & foret in quo tempore, vel in aliqua Provincia, in speciali aliqua Religione posset impedire, vel ad majorem pacem, vel ad maiorem probationem ingredientium Religionem. Non est ergo cur dicam, hoc esse contra latitudinem Ecclesiasticæ potestatis.

Nulla est ergo connexio ex jure Divino necessaria inter Statum religiosum, & illam effectum; nisi quatenus per Ecclesiam formaliter & directè ad hunc effectum admittitur seu approbatur; & ideò etiam non habet hunc effectum, nisi votum castitatis, factum in Professione Religiosis approbatum, & ex vi talis approbationis admissum ut solemnè simpliciter. Uti quæritur huc Suarius.

Sed dicit aliquis: videtur petere prius-

B O S C O  
Sacramentum  
paris  
D O C

etiam hunc textum Glossa & DD. ibi.

Itaque (concludit Suarez) ex his Decretis satis colligitur, tempore Eusebii Papae, votum castitatis religiosae habuisse hunc effectum. Et potest addi alia conjectura: nam si Eusebius de desponsata tantum de futuro locutus fuisset, non solum ingressum Religionis excepisset, quia sponsalia de futuro aliis modis solvi possunt: loquitur ergo de Matrimonio rato, quod solum per Professionem Religionis, jure communi dissolvitur.

De tempore vero ante Eusebium nihil possumus ex aliquo jure scripto ostendere, quia nullum invenitur. Ex verbis autem ipsiusmet Eusebii intelligi potest, ipsum non condidisse hoc jus; sed ex antiquiori jure rem definitivisse: non enim dicit: *Licet*, tanquam rem novam statuens; sed, *Licet tamen illi monasterium eligere*; & ita non dubito, quin etiam ante Eusebium hoc licuerit. Hæc ille.

Quantum ad exempla SS. si verum foret exemplum Joannis Apostoli, quod sup. Scotus, complures Alios secutus, adducit, dicens: *Habetur autem hoc ex sacro Christi, vocantis Joannem Apostolum & Evangelistam ad Apostolatam a nuptiis Joan 2. cujus exemplum imitati sunt SS. Patres, Alexius, Theonas & alii*; si, inquam, hoc factum Christi certum foret, jam alicui posset videri, effectum, de quo hic agimus, initium habuisse a tempore Christi & Apostolorum. Verum Suarius sup. n. 3. existimat, istud esse incertum.

Nam in primis, Joannem fuisse sponsum illarum nuptiarum, a nullo gravi & antiquo Auctore asseritur; antiquo, inquam, qui propè tempora Apostolorum vixerit, ut ex traditione aliqua id affirmare potuerit.

Deinde; non est admodum verisimile Joannem duxisse sponsam, priusquam a Christo vocaretur; tum, quia valde juvenis, & ferè puer vocatus fuit, teste Hieronymo lib. 2. contra Jovinianum: tum maxime, quia credibile est, præventum fuisse, ut perfectam virginitatem, non solum corpore, sed etiam animo & proposito conservaret; nam propter hanc perfectam virginitatem specialiter fuit dilectus, eique Christus Dominus peculiariter Matrem suam commendavit, ut Sancti docent.

Tertiò; non videtur etiam multum probabile, Joannem statim post illas nuptias fecisse votum castitatis, & Christo inseparabiliter adhesisse, quod fuisset necessarium, ut a propria uxore separaretur. Antecedens patet; quia illæ nuptiæ factæ sunt primo anno prædicationis Christi, paulò post Baptismum ejus, ut ex Evangelio Joannis constat; vocatio autem, per quam Christo insepa-

464. Tempore Eusebii professio habuit hunc effectum. Suarez.

An etiam ante Eusebium.

Affirmat Suarez.

465. Exemplum Joann. Apost. est incertum. Scotus.

Suarius.

466. Ostenditur.

Secundò. Hieronymus.

467. Tertiò.

pium; hoc enim est quod quaeritur; an possit Ecclesia tollere illum effectum a solemnibus Religionis professione, permanentibus omnibus necessariis ad statum religiosum; & Adversarii contendunt, Ecclesiam id non posse. Fundamentum porrò id negandi, est prohibitio Christi, quæ reperitur in præcepto, quo statuit, ut, non obstante Matrimonio rato, liceret statum Religionis assumere cum dissolutione Matrimonii.

Et si quaeras; ubi hoc præceptum reperitur? Respondetur, in Traditione & Sanctorum exemplis, ut patet ex secundo fundamento hujus sententiæ sup. ex Suario adducto. Cui proinde oportet nos satisfacere, antequam concludamus cum eo sup. n. 20. votum solemne Religionis habere hunc effectum ex Ecclesiæ statu.

Pro qua utique satisfactione, inquiri, quando incepit votum castitatis religiosæ, habere effectum, dissolvendi præcedens Matrimonium ratum? Antiquissimum, sicut dixi in principio Conclus. Decretum, quod de hac re invenitur, est Eusebii Papæ, qui sedit ante mille trecentos annos: refertque illud Gratianus in cap. *Desponsatam*, 27. q. 2. & communi sensu receptum est, quamvis in Epistolis ejus Decretalibus, vel in aliquo Concilio non reperitur. Verba Decreti habes sup.

462. Possit tamen aliquis (inquit Suarez sup. cap. 24. n. 1.) textum hunc intelligere de desponsata per verba de futuro: nam proprietas vocis non cogit, ut magis amplietur, nec materia id permittere videtur, cum sit gravissima, & quodammodo superans jus naturale, si de Matrimonio de presenti intelligantur, & ideo si hæc fuisset intentio Pontificis, fuisset etiam distinctius explicanda.

Accedit etiam; quòd verbum illud: *Non licet*, solam prohibitionem, non incapacitatem indicat: mulieri autem per verba de presenti desponsatæ non solum non licet alteri viro nubere, sed omninò non potest. Hæc ille.

463. Nihilominus (inquit idem Auctor n. 2.) Glossa & DD. communiter ibi, textum illum intelligunt de desponsata per verba de presenti, & idem supponit Gratianus ibidem §. *Ecce*, quæ expositio admittenda est; quia communi consensu & consuetudine ac traditione est recepta, qui sunt optimi legum interpretes. Item: quia in jure, & in eadem materia, ita sumi solet vox: *Desponsata*, ut patet ibidem in cap. *Decreta*, ex Greg. lib. 6. Epist. c. 184. Epist. 20.

464. *Decreta* (inquit) *legalia desponsatam, si converti voluerit, nullo omnino censuerant damnò multari*: quod verum est de desponsata etiam de presenti. Atque ita intellexerunt

Probatur Eusebii id non posse facere.

461. Quando incipit professio religiosæ dirimere Matr. ratum.

Gratianus

462. An decretum Eusebii possit intelligi in sponsa de futuro, ex Suarez.

463. Communiter intelligitur in sponsa de presenti.

Cap. 8. 27 q. 2.

separabiliter adhæsit, contigit secundo anno prædicationis Christi, vel saltem post plures menses, scilicet post missum Joannem Baptistam in carcerem, ut colligitur ex Matth. 4.

*Quart.*

Tandem; verisimile non est, Christum separasse sponfos illarum nuptiarum: nam, juxta doctrinam Sanctorum, illis nuptiis affuit, ut nuptias approbare. Non est ergo verisimile, nuptias dissolvisse aut impedivisse; alioqui eas potius improbasse, quam approbasse videretur. Ita Suarez.

468. *D. Ioan. non fuisse vocatum à nuptiis ad Apostolatum censet Sanchez cum Toledo & Baronio.*

Et Sanchez sup. disp. 18. n. 3. sic ait: D. Joannes, teste Beda in præmio in Divum Joannem, & aliis Auctoribus gravibus nostri temporis, id attribuentibus D. August. & D. Hieronymo in eodem præmio, vocatus est ex nuptiis ad Apostolatum: quamvis (ut verum fatear) hoc non ita fit, ut optime probat P. Toledo in cap. 2. D. Joannis annot. 13. & Cæsar Baronius to. 1. Annal. Eccl. anno 31. Christi fol. 106. ex D. Hieronymo & D. August. nec illa præmia sunt ipsorum; & ex D. Ignatio. Hæc ille.

Igitur hoc exemplum non conviciat intentum, scilicet à tempore Christi & Apostolorum votum solemnè castitatis religionis habuisse effectum dissolvendi Matrimonium ratum; quia nimis incertum, ut ex dictis patet, et si Scotus, & plures cum ipso, eo utantur.

469. *An exemplum S. Theclæ probet tempore Apostolorum votum solemnè habuisse hunc effectum. Suarez.*

Sed nunquid convincit exemplum S. Theclæ, quam Apostolus Paulus vocavit à nuptiis, priusquam Matrimonium consummaret? Minimè; quia illud Matrimonium potuit facilius dissolvi; quippe, ut notat Suarez sup. n. 4. & Sacramentum non fuerat, cum fuisset inter non baptizatos contractum: & quia Thecla non poterat cum sponso illo cohabitare sine injuria Creatoris, ut ex historia ipsa, & verbis Ambrosii colligitur. Addimus etiam; potuisse Paulum tunc Apostolicâ auctoritate Matrimonium illud dissolvere, & licentiam dare Theclæ ad servandam castitatem; non solum in proprio statu Religionis cum omnibus votis substantialibus, de quibus PP. citati (putà Epiphanius, Ambros. & Aug.) nihil commemorant; sed etiam in statu simplicis continentie seu coelibatus perpetuò vivere: hoc enim Pontificiam potestatem non excedit. Nam summum Pontificem Greg. 13. aliquando hoc fecisse, nobis constat ex ejus proprio diplomate, & ex evidentia facti; non nominamus autem personas, quia adhuc vivunt.

Epiphanius. Ambrosius. Augustus. Greg. XIII

470. *Videtur id non convincere.*

Undè non colligitur, vel illud factum Pauli prodiisse ex institutione Divina, sed solum ex potestate, à Christo concessa; vel per illud factum statuisse legem, impostèrùm ab omnibus servandam; alioqui indè

colligi etiam posset, ut Alii argumentati vulerunt, per simplex votum castitatis dirimi jure Evangelico Matrimonium ratum; quia non constat, Theclam aliud votum emisisse.

Denique nunc addimus; non satis constare ex historiis, sponsalia illa Theclæ fuisse Matrimonium de presentibus Epiphanius & Ambr. optime exponi possunt de sponsalibus de futuro. Hæc enim Suarez.

Qui ibidem n. 5. ad alia exempla Marci, Alexii &c. quæ commemorat adducit Thecla, Respondet: ea multò post exantem Eusebii Papæ accidisse: ut probat a. 6. & conclusat, dicens: Ex his ergo exemplis & aliis, quæ forsasè adduci possent, non existimo posse sufficienter ostendi, se hæc institutio fuerit perpetua in Ecclesiâ temporibus Apostolorum, neque ad, vel contempore præcessit Eusebium. Propono sed illud solum ex exemplis perferendis videtur, Deum per hujusmodi facta, tempore ostendisse Ecclesiæ lux, statum perfectionis, statui Matrimonii esse præferendum; sibi que fore gratum, ut ab hoc inferiori statu, ad illum superiorem, modo aliquo legitimo, & ab Ecclesiâ approbato, liceret ascendere.

Undè Innoc. 3. in cap. Ex parte, 2. de Convers. conjug. commemorans hæc facta Sanctorum Antiquorum; non dixit id fecisse ex ordinaria lege, à Christo lata; sed ex revelatione Divina, quæ sperari (inquit) omnem legem, infinuans, facta fuisse potius præter ordinariam legem Divinam.

Unde etiam significat, non in consuetudine dici potuisse, Matrimonium ratum jure ordinario Divino non posse dissolvi. Subjunctum verò statim: Nos autem nolentes à Predecessorum nostrorum vestigiis declinare, hæc diceret: approbantes, quod ab eorum potestate, & illud revocare nolentes; non hæc ultra Divinum jus, non est committendum, ex potestate, ab ipso jure Divino emanante. Igitur ex Traditione aut exemplis SS. non contra sententiam à nobis traditam colligi potest, nec de initio hujus Traditionis quid certius potest affirmari. Hæc Suarez.

Si autem à me quaeritur, quæ sit sententia, à Suariorum tradita? Respondet: Votum solemnè Religionis habere hanc effectum, ut Ecclesiæ statuto Probatur 1. (inquit hic Auctor sup. c. 23. n. 20.) à sufficiente enumeratione; quia hoc votum habet hunc effectum, & non ex sola natura rei, neque ex Divino jure immediate, quæ omnia essentia sunt, per se interveniente Ecclesiastico jure, quia licet jure fieri non potest.

Undè Joannes 22. in Extravag. un. de

B. O. S. C. O.  
Sacramentum  
paris  
D. I. X.

Voto, negat votum castitatis Ordinis habere hunc effectum: Quia nec jure Divino, nec per sacros Canones reperimus hoc statutum. Ex quibus verbis colligo, aliquod ex his juribus esse necessarium ad hunc effectum, & quodlibet eorum potuisse sufficere: ergo merito idem dicimus de voto castitatis religiosæ; cum ergo in hoc voto de effectu constet, & de jure Divino non constet; immò sufficienter probetur, nulum tale esse, sistendum est in jure Ecclesiastico, de quo satis constat. Ecce primum argumentum Suarii, quod tamen non caret sua difficultate, ut infra ostendetur.

Sequitur secundum: Hic effectus non excedit amplitudinem Ecclesiasticæ potestatis: ergo optimè in institutionem ejus reducitur, cum sic faciliè expediatur omnes difficultates. Antecedens planè colligitur ex dictis verbis Joannis 22. Nam si Ecclesia non posset hunc effectum alicui voto tribuere, immeritò & valdè improprie inter causas hujus effectus, vel negationis ejus, posuisset Canonicum jus; satis enim fuisset dicere, votum Ordinis non habere hunc effectum jure Divino; ut inde concluderet, non habere hunc effectum.

Deinde probatur idem Antecedens; quia absolute loquendo, Matrimonium ratum dirimi potest propter meliorem frugem; cur ergo non posset Ecclesia approbare, ut status Episcopatus sit melioris frugis quoad hunc effectum; vel status Eremiticus, aut continentia, publicè professæ in facie Ecclesiæ absque aliis votis, vel conditionibus status Religiosi?

Denique declaratur ratio: quia quamvis Christus Dominus voluerit dispensare cum Ecclesia sua, ut esset in ea aliquis Status perfectionis, per cujus professionem posset Matrimonium ratum dissolvi; nihilominus potuit modum hujus Status, & usum ejus, Ecclesiæ arbitrio & institutioni committere, ita ut neque omni statui perfectionis aut Religionis necessariò sit adjunctus hic effectus, neque è converso solitati Religionis, prout nunc constituitur ex traditione & tribus votis solemnibus, esset annexus: nam in toto hoc genere potestatis & institutionis, nulla apparet repugnantia; & alioqui habet magnam congruentiam; quia hæc materia multum est variabilis, & pro diversitate temporum, & locorum, potest nunc expedire una consuetudo, & postea alia.

Ergo non fuit necesse, actum ipsum irrationis jure Divino institutum esse; sed sufficiens fuit, dare potestatem; & magis credendum est, ita factum esse. Quia ad affirmandam potestatem, habemus sufficiens fundamentum in generalibus Christi ver-

bis: Quodcumque solveris super terram, erit solutum & in caelis; addendo, nihil repugnare, prædictum modum solvendi Matrimonium ratum comprehendi sub illa generali distributione. Quod faciliè ostendi potest ex dictis, & magis patebit expediendo difficultates. Item potest fundari in verbo Christi: Pasce oves meas; subjungendo, hujusmodi institutionem pertinere ad convenientem pactum spirituales Ecclesiæ, nec potuisse convenientius tradi, quam per Petrum.

Tandem (prosequitur idem Auctor n. 22.) argumentari possumus à signo: nam videmus in eo statu Ecclesiastico per illud votum dissolvi Matrimonium ratum, quod Ecclesia censuit ad hunc effectum esse sufficiens, & non per alia, etiam si solemnia sint, vel ad dirimendum Matrimonium postea contractum sufficientia; ergo signum est applicationem hujus effectus, ut sic dicam, ad hoc vel illud votum, commissam esse Ecclesiæ, quatenus certà aliqua lege possit esse constans.

Antecedens patet exemplo satis antiquo de voto solemnii sacri Ordinis: nam illud non habet hunc effectum, quia sacri Canones hoc non statuerunt, ut dixit Joan. 22. Patet etiam novo exemplo in voto castitatis religiosæ Scholarium Societatis, quod in principio nullum dirimebat Matrimonium, quia nondum Ecclesia ad hunc effectum illud approbaverat; nunc verò dirimit sublequens Matrimonium, si fortè contrahatur, quia ad hunc effectum jam approbatum est; non verò dirimit jam contractum, quia de hoc effectu nihil Pontifices locuti sunt.

Idem signum confirmari potest ex cap. Ex parte, 2. de Convers. conjug. ubi votum virginittatis, etiam suscepto velo, dicitur non dirimere Matrimonium ratum, si factum sit animo permanendi in propria domo, & ibi castitatem servandi; dirimere autem si factum sit in Professione regulari. Cujus differentia rationem assignare non possumus sufficientem, nisi ex Ecclesiæ determinatione & institutione; nam si antiqua exempla consideremus, quæ ad confirmandum hunc effectum afferri solent, in eis solius continentia professionem & observantiam invenimus; quod ergo nunc sit necessaria professio in Religione approbata, Ecclesiastica institutio est.

Unde Panormitanus in d. cap. Ex parte n. 3. & Alii, ex illo textu colligunt; Matrimonium ratum non posse dissolvi, nisi in casibus, à jure expressis.

Ad quod etiam potest expendi in eodem textu verbum illud: Nos tamen nolentes à Prædecessorum nostrorum vestigiis declinare: nam per illud significatur, materiam hanc non esse juris Divini, quam Pontifex non possit

477.  
Secunda  
probatio;

Votum solum  
legime sacri  
Ordinis non  
habet hunc  
effectum de  
sacro status  
Ecclesiæ.

478.  
Viri nec virginitatis factum  
animo permanendi in  
propria domo, ex c. 2.  
de Convers. conjug. se-  
cundum  
Suarium.

Panormi-  
tanus.

F f f f f f  
possit

474.  
Probatur 2.  
& ostenditur  
quod id non  
esset  
per se  
Ecclesiæ  
primò.

Secundò.

475.  
Tertiò.

476.  
Christum  
dixisse hanc  
potestatem  
tribuisse.  
Probatur 1.

possit limitare; sed pendere ex institutione & voluntate eius. Hucusque Suarez pro sua & Aliorum, quos citat, opinione, quæ indubie probabilis est.

479. *Resp. ad x. arg. pro sententia Suarez adductum, non satis constat de iure Ecclesiastico.*

D. Aug.

Interim ad 1. argumentum dicere quis possit; non satis etiam constare de iure Ecclesiastico. Fateor, in pluribus cap. juris Canonici fit mentio istius effectus, puta dissolutionis Matrimonii rati per solemnem Religionis professionem; sed non sic, quasi illa dissolutio per ea de novo constituatur; verum tamquam de re aliqua jam pridem instituta. Cumque prima institutio nusquam reperitur, signum est, ut supra dictum fuit, eam potius esse juris seu institutionis Divinæ, juxta illud D. August. lib. 4. de Baptismo cap. 24. *Quod universa tenet Ecclesia, nec Conciliis institutum, sed semper retentum est, non nisi auctoritate Apostolica traditum rectissime creditur.* Loquitur de Baptismo parvulorum, qui est juris seu institutionis Divinæ, etsi in Scriptura expressè non invenitur; quoniam eum universa tenet Ecclesia, nec Conciliis institutus, sed semper retentus fuit. Ergo consimiliter hæc dissolutio Matrimonii rati, erit juris seu institutionis Divinæ; quia eam tenet universa Ecclesia, nec Conciliis instituta, sed semper retenta fuit; vel si non semper retenta, assignetur ejus initium, quod non posse fieri, fateatur Suarius sup. ut audivimus.

480. *Responsio rejectiva.*

Respondetur: indè ad summum sequi, eam institutionem esse Apostolicam, id est factam ab Apostolis, per potestatem, ipsis à Christo communicatam: sicut multæ aliæ constitutiones in Ecclesia Dei sunt, quorum non potest ostendi initium, quæ tamen non sunt immediatè juris Divini; sed traditiones tantum Apostolicæ, seu ordinationes ab eis factæ pro bono communi Ecclesiæ, ex speciali instinctu S. Spiritus, per potestatem, ut mox dixi, sibi à Christo communicatam.

*Jejunium quadragesimale est ordinatio Apostolica non Divina.*

Talis constitutio est Jejunium quadragesimale, quod universa tenet Ecclesia, nec Conciliis institutum, sed semper retentum est, ita ut ejus initium nequeat assignari; nec tamen idè censetur institutum immediatè à Christo, sed creditur ordinatio Apostolorum, facta tamen ad exemplum seu imitationem Christi; & exindè sæpè à PP. dicitur, à Christo institutum. Alioqui, si esset juris Divini immediati, non posset tanta cadere variatio in istud præceptum, sicut benè hæctenus factum vidimus.

481. *Ostenditur ex Hieron. & D. Leone.*

Apposuit D. Hieronymus Epist. 56. ad Marcellam: *Quadragesimam (inquit) secundum Traditionem Apostolorum toto anno tempore congruo jejunamus.* Et D. Leo Ser. 6. de Quadragesima, ait: *Apostolica institutio 40. dierum jejunii impleatur.* Undè quod ait Ser. 4. *Magna Divina*

*instituitio (salubritate provisa) est, ut nobis diernum exercitatio mederetur (loquitur de jejunio quadragesimali) hoc, inquam, intelligendum est, non de Divina institutione in rigore loquendo; sed de providentia Divina, quæ factum est, ut Apostolice imitationem Christi instituerit jejunium quadragesimale.*

Aliud exemplum profero mitionis quæ in Calice consecrando, quæ secundum communiorum opinionem, solum est juris Ecclesiastici; tamen non continet de quo initio, & aliquando vocetur mandatum Christi, latius scilicet acceptum, pro exemplo ejus, aut providentia Divina, quæ factum est, ut Ecclesia sic ordinaretur. Vide Disp. 4. hujus Operis Sect. 2. *Concl. 7.* Atque ex his patet: verba Scoti 2. dist. 42. 31. q. un. n. 7. *Unde Ecclesia non potest tentasset, post Matrimonium sui non commissa licentia alterum ad recipiendum, donec remanente in seculo, nisi Christus hoc instituit, commode satis intelligi potest, non de immediate, sed de institutione latius eam acceptam, pro exemplo ejus, aut providentia Divina, quæ factum est, ut Ecclesia sic ordinaretur per potestatem, à Christo acceptam.*

Quem intellectum sufficienter significat verba mox subsequencia: *Habent autem hoc ex facto Christi, vocantur Joannem Apostolum & Evangelistam ad Apostolum à nuptiis Joan. 2. cujus exemplum imitatus sunt SS. PP. Alexius & Thomas.* Igitur Scotus in prioribus verbis non vult dicere, Christum per se immediatè hoc instituisse pro tota Ecclesia Dei; sed mediatè tantum, dando potestatem suo Vicario Romæ Pontifici, hoc pro tota Ecclesia institueret per hæc verba Matth. 16. vers. 19. *Quicquid solveris &c.*

Sed quoniam illa verba non generaliter possunt intelligi, ut per se in Matrimonio consummato, idè dicitur, hoc quod nisi Christus hoc primò fecisset, vel nisi specialiter hoc Ecclesie preceperat, ipsa nunquam fuisset ausa id instituire.

Igitur Doct. Subtilis in illa questione hoc unicum intendit ostendere, Matrimonium ratum jure Divino esse indissolubile, eximi tamen casum solemnem Professionem in Religione approbata, quod probat et factio Ecclesiæ, licentiam alterum ad Religionem.

Et verò quid opus erat licentia Ecclesie, si Christus istud immediatè per se ipsum instituit? Nonne dicimus, Ecclesiam licentia fidelem, ut discedat ab infidelibus, licentia delis discedat? Nusquam Scotus sic loquitur, idque quia tali casu Deus immediatè

BIBLIOTHECA  
Sacramentum  
paris  
L. J. A.

per seipsum licentiauit fidelem, quam licentiam omnibus significavit per Apostolum suum 1. Cor. 7. v. 15. Quod si infidelis disceat, discedat &c. Mirum, quod etiam non significaverit eod. cap. dissolutionem Matrimonii rati per solemnem professionem Religionis, si revera ipse immediatè dissolvat tali casu Matrimonium. Cum ergo, secundum Scotum, Ecclesia hic licentiet, videtur Doct. Subt. potius pro sententia Suarii, quam Sanchii allegandus.

485.

An ex hoc loco Scoti bene inferatur, Papam non posse dispensare in Matr. rato. Hiquæus.

Malè etiam ex hoc loco citatur Scotus pro sententia, quæ docet, Pontificem non posse dispensare in Matrimonio rato ex alia justa causa; quia, inquit Hiquæus in suo Comment. ad illum locum n. 43. in toto hoc paragrapho, non tractat casum, sed differit, quo jure conveniat Matrimonio rato esse insolubile, resolvens, convenire jure Divino positivo; & ex alia parte dicit, eximi casum Professionis in Religione. Rationem autem adducit à posteriori; quia aliàs Ecclesia nunquam licentiet ad Religionem conjugem, post Matrimonium ratum, nisi Christus ita voluisset, sumens fundamentum relaxatæ legis à Christo, ex praxi Ecclesiæ, & præcisè differit de solubilitate Matrimonii respectivè ad hunc casum tantum.

Potius colligitur contrarium.

A contrario ergo sensu perinde diceret ipse, si vidisset in praxi aliquam dispensationem Pontificis, aut Ecclesiæ in Matrimonio rato, ut in omnibus similibus suffinet interpretationem legis Divinæ, juxta sensum Ecclesiæ & praxim. Et hoc supponit prædicta ejus ratio, ex qua colligit relaxationem Matrimonii in favorem Religionis, quia ab Ecclesia id praticatur. Non extat autem inter Canones aut Decreta, quæ ante Doctorem fuerunt in usu Ecclesiæ talis dispensatio, & sic non fuit occasio ejus asserendæ, aut etiam disserendi de hoc casu. Hactenus Hiquæus.

486.

Cur potius Baptismus parvulorum sit juris Divini, quam licet dissolutio. Joan. 3.

Ceterum, ut ad id redeamus, à quo occasione doctrinæ Scoti parùm defleximus; quæro, cur potius Baptismus parvulorum sit juris Divini, quam hæc dissolutio, ejus etiam nullum initium scriptum invenitur?

Respondetur: quia ex Scriptura Joan. 3. v. 5. constat, Christum dixisse Nicodemo: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Quæ verba generalia sunt, & idèò generaliter intelligenda, nisi aliquid obstet. Jam autem ex traditione Apostolica constat, nihil omninò obstare, quin etiam de parvulis intelligi possint; ergo sic debent intelligi; quidni ergo Baptismus parvulorum sit juris Divini? Sed nunquid etiam aliquid simile dixit Christus in Scriptura, de dissolutione Matrimonii rati per solemnem Religionis

Professionem? Noli quærere, quia operam & oleum perdes.

Minimè, reponit quispiam; nam quæstivi, & ecce inveni dictum Christi Matth. 19. v. 6. Quod Deus conjunxit, homo non separet. Ergo dixit Christus: Nisi ego separavero, quos conjunxi, non erunt separati; ergo separatio, quæ fit per solemnem Religionis Professionem est juris Divini.

487. Probatur hæc dissolutionem esse juris Divini ex Matt. 19.

Respondet Suarez sup. n. 25. Primò; non humanà, sed potius Divinà potestate Matrimonium dissolvi, quando per transitum ad Statum religiosum auctoritate Rom. Pontificis, quem constat esse Vicarium Jesu Christi, talis separatio efficitur. Secundò; verba illa dicta esse de conjugibus, postquam sunt una caro, sive de Matrimonio consummato.

Responsio duplex: ex Suar. 19.

Vide quæ de hac Scriptura dicta sunt Concluf. præcedent. itemque Concluf. 1. præsentis Sect. & habebis plenam satisfactionem, ac mecum dices, sententiam Suarii esse probabilissimam, estò duæ aliæ sententiæ sint probabiles, ut asserit Sanchez sup. disp. 19. n. 3.

Sanchez.

Interim juvabit intelligere judicium Aversæ, qui q. 2. sect. 6. sic ait: Hi dicendi modi, ut singuli per se non sufficiunt, ita simul jungi possunt, ut adæquatam hujus rei conficiant rationem. Etenim non præcisè ex mero jure naturæ, Professio religiosa dissolvit vinculum Matrimonii rati, sicut nec Matrimonii consummati: neque in hoc dici potest per se valere, sicut mors naturalis. Quinimò potius Matrimonium ratum impediret Professionem: sicut servitus erga dominum impedit, quò minus possit quis profiteri, solvendo vinculum servitutis.

488. Inducium Aversæ, Matr. dissolutio non jure naturæ.

Nec etiam Christus de se immediatè concessit, ut Professio religiosa solveret Matrimonium: siquidem non immediatè ipse Christus instituit Professionem religiosam & solemnitate votorum, ut nunc supponimus.

neque immediatè jure Divino.

Nec demùm Pontifex solà humanà auctoritate potuisset solvere, sive statuere, ut solveretur vinculum Matrimonii rati, quod ex natura sua dici debet indissolubile: nisi ad id habuisset potestatem à Christo Domino. Quare alii humani Principes, inter Paganos & Gentiles non possent suâ humanâ auctoritate dissolvere Matrimonium ratum.

489. Sed nec solà auctoritas humanâ.

Verumtamen conveniens & rationale erat, attentâ naturâ religiosæ Professionis, quâ quis sæculo moritur, & assumit Statum tantæ perfectionis; & attentâ ratione Matrimonii solùm rati ac nondum consummati, ut concederetur talis facultas transfundi ad Religionem, solvendo vin-

Conveniens erat ut dissolveretur.

culum Matrimonii; ac relinquendo alteri conjugii libertatem denuò contrahendi.

490.  
*Potesse autem  
dissolventi  
concessit  
Christus Ec-  
clesiæ, ac per  
eam dissol-  
vitur.*

Hanc facultatem in radice concessit Christus suæ Ecclesiæ, id est, Summo Pontifici suo Vicario, ut nempe statuere posset, quod opportunum esset circa dissolutionem Matrimonii rati. Ac tandem ita proximè statutum est per ipsam Ecclesiam; nempe per Summos Pontifices, ut religiosa Professio solveret vinculum Matrimonii rati, & relinqueret alterum conjugem in libertate contrahendi aliud Matrimonium.

Et ita quidem statutum videtur ab initio, ex quo introductus fuit Status religiosus. Undè & illi Pontifices, tamquam rem antiquam, in Ecclesia approbarunt, & confirmarunt. Quare dicitur, convenientia hujus rei esse de jure naturæ, auctoritas esse de jure Divino Christi, institutio demùm de jure humano Pontificis. Et in hunc modum fortasse conciliari possunt Auctores, qui illis tribus modis variè loquebantur. Hucusque Aversa.

491.  
*An secun-  
dum hanc  
doctrinam  
Auctores su-  
pra dicti  
possint con-  
ciliari.*

Qui bene addidit *ly Fortasse*, ut significaret dubium esse, an sic possint conciliari, & meo judicio, salvo meliori, nequeunt sic conciliari; quippè unus modus tribuit institutionem Deo immediatè, alter verò modus Pontifici immediatè, Deo autem solum mediatè, tamquam concedenti auctoritatem Pontifici; quâ verò ratione hæc possint conciliari, ut verum fatear, non satis capio.

*Ad praxim  
sufficit quòd  
dissolvatur.*

Parùm curandum de hac conciliatione; immò quod ad praxim attinet, quid refert, si hoc jure, si illo, Matrimonium dissolvatur, dummodò reverà dissolvatur? Dissolvi autem expressè definit Concil. Trident. ut vidimus in principio Conclus. Quo porrò jure dissolvatur, omninò tacuit Concilium, probè sciens, plures de hac re esse opiniones, & parùm referre ad praxim, si hoc five illo jure dissolvatur.

492.  
*Non sequi-  
tur, defini-  
tum est dis-  
solvere, ergo  
jure Divino  
dissolvitur.*

Sed dicit aliquis: si definitum est, dissolvere; ergo videtur dissolvere jure Divino. Respondeo: ex illa definitione tantùm sequitur; Deum Ecclesiæ suæ revelasse, se habere ratam constitutionem, antea sæpius ab Ecclesia factam; quia fortè potuisset esse dubium; an Ecclesia haberet talem potestatem, ex hypothesi, quòd tale Matrimonium foret jure Divino indissolubile. Cùm igitur non possit Pontifex dispensare in jure Divino, nisi ex speciali commissione; poterat quis dubitare, an etiam Papa talem commissionem haberet, adedque conveniens planè fuit, ut illud expressè Deus Ecclesiæ suæ revelaret, prout & fecit.

493.

Si rursùm dixeris: multùm interest, quo

jure tale Matrimonium dissolvatur, quòd si jure Divino; Pontifex non potest illi effectum tollere; si autem jure tantum Pontificio, poterit eum tollere; & per consequens poterit definitio Ecclesiæ esse falsa.

Respondeo: praxim non respiciendo, quæ fieri possunt; sed tantùm ea, quæ facta sunt; neque aliud definit Trident. quàm hodie Matrimonium tale dissolvi a parte rei, suppositâ scilicet constitutione Ecclesiæ, quòd non potest esse falsum.

Simile addo ex eadem scilicet 22. de Matr. Can. 9. ubi definit: *Si qui de sacris Ordinibus in sacris Ordinibus constituti, vel Regularares, castitatem solemniter professi, vel Matrimonium contrahere, contrarium validum esse, non obstantibus legibus, vel vobis &c. anathema sit.* Numquid intelligitur; ergo Ecclesiæ non potest tollere illam legem, aut dispensare in illa vobis, & per consequens; tale Matrimonium talio casu potest esse validum & licitum; Noquaquam. Et verò quis inde unquam intulit: ergo definitioni Ecclesiæ potest subesse falsum?

An autem Pontifex possit tollere effectum, de quo hic tractamus? Respondeo: alicui; posse, si intelligatur questio de Religiosis, divinum sumptis; quia Nonnulli existimant, de facto Professionem in Ordine militari S. Joannis, non habere eum effectum. Sin autem de toto Statu Religionis, collectivè sumptis, accipiatur, quàmvis de absoluta potentia possit tollere talem effectum; tamen, inquit, est ille gravissimus error seu abusus potestatis; quare Deus hoc nunquam permittit. Sicut etiam posset Papa omnes leges Ecclesiasticas tollere; tamen Deus hoc nunquam permittit quia esset intolerabilis error.

Deinde: non est inconveniens, Papam jure Divino teneri, contra in Ecclesia aliquid Statum, cui talem effectum conjungat. Imò potest dici, quòd talem potestatem, datâ Petro, & sine illius cessitate Ecclesiæ; ex natura rei contrahi talem obligationem: nam teneatur Petrus potestate, sibi concessa, prout expectat bonum Ecclesiæ; etiam in his, quæ generaliter pertinent ad perfectionem eorum, quæ eam intendere, & profiteri volunt; quòd & declarari potest ex eo, quòd à temporibus Apostolorum semper fuerit talis Status in Ecclesia Dei.

Hinc tamen non bene inferes, illam institutionem esse immediatè ex jure Divino; sed solum ab illo manare mediatè cum quadam necessitate. Sicuti verisimile est, Pontifices debuissent ordinare tempus constituti & communicandi ex vi muneris pastoralis.

& tamen Omnes admittunt, illa præcepta esse juris humani. Atque hæc de primo fundamento Suarii, in quo asserit, satis constare de jure Ecclesiastico, quod Adversarii ejus negant.

Ad secundum autem fundamentum, putat, quod hic effectus non excedat amplitudinem Ecclesiasticæ potestatis; Respondere posset quispiam, id negando, si intelligatur de potestate, hæcenus concessa, quidquid sit, an Deus possit concedere illam potestatem. Quamvis (inquit Pontius libro. 9. cap. 5. ubi sequitur sententiam Sanchii) status Clericalis perfectior sit statu Matrimonii; imo status Episcopalis perfectior sit statu Monachali; adhuc per eum statum non dirimitur Matrimonium ratum, nec ad illum licet ascendere, contra propriæ uxoris, etiam incognitæ, voluntatem. Argumentum ergo est, contra jus justitiæ, per Matrimonium ratum acquisitum conjugii, non esse potestatem in Ecclesia irritandi Matrimonium; eum Statui aded perfectio, nondum eam vim communicaverit Ecclesia: sed id Christi privilegio; quod omnem legem superat, Statui Religionis concessum tantum. Hæc ille n. 10. in fine.

Hanc difficultatem prævidit Suarius sup. cap. 24. n. 7. dicens: Sed inquirere ulterius aliquis, cur Ecclesia non tribuerit hunc effectum voto solemnii castitatis Ordinis sacri? Nam si vera sunt, quæ diximus, potuisset hoc facere, cum non repugnet juri Divino: si ergo potuit, cur non fecit? Vel certe non fecisse, indicat non potuisse, & consequenter etiam indicat hunc effectum soli Christo esse reservatum.

Ecce argumentum Pontii. Et quid putatis, Suarium ei respondisse? Circa potestatem (inquit) non dubito, quin Ecclesia ex parte sua acceperit potestatem ad hoc faciendum, si judicaverit expediens; id enim satis significavit Joan. 22. in sua Extravag. de Voto, ut supra induximus, & rectè probatur ex omnibus adductis: quia indissolubilitas Matrimonii rati, licet sit omnimoda quoad privatam auctoritatem contrahentium, non tamen est tanta, quin per potestatem Vicarii Christi dissolvi possit. Ergo etiam poterit per hoc medium dissolvi, si expediat.

Dixi autem: Quamvis est ex parte sua, quia ex parte causæ dubitari potest, an sit sufficiens, ut illa potestas in actum reducat; nam, ut supra diximus, agentes de dispensatione voti, in his rebus, quæ attingunt aliquo modo jus Divinum & naturale, ut usus potestatis dispensandi vel immutandi aliquo modo talia jura, sit validus, necessarium est, ut sufficiens causa intercedat. Judicium autem de hujusmodi causa pru-

dentiale est & arbitrium; & ideo si Ecclesia hoc statueret, facile diceremus, non defuisse sufficientem causam, ad id statuum; hæcenus verò non judicavit talem causam intervenire, saltem, ut hujusmodi institutio expediat. Hæc ille.

Sed cur, inquis, Ecclesia hoc non judicavit expediens? Attende Suarium sup. n. 9. Prima, ait, ratio reddi solet: quia conjugium & religiosa Professio ex natura rei repugnant, non ita verò Matrimonium & sacer Ordo. Quæ ratione utuntur non solum illi, qui putant hunc effectum esse ex jure Divino vel naturali; sed etiam Aliqui ex his, qui sentiunt, esse ex statuto Ecclesiæ, ut patet ex Cajet. Bellar. & c.

Ne verò sit contradictio, & ratio sit alijus efficacitæ, intelligenda est de repugnantia non inter vincula & obligationes, hæc enim nulla est, ex sola rei natura, inter vinculum Matrimonii & Religionis, ut supra ostendi; sed intelligenda est inter actus & rationem vivendi, quam utrumque vinculum requirit. Loquor de vinculo Religionis perfectæ, ut nunc Militares relaxatas omittam; non enim sunt ad rem, cum earum Professio non dirimat Matrimonium ratum, sicut non impedit contrahendum.

Itaque alia Professio religiosa postulat perfectam renuntiationem sæculi, & abnegationem propriæ voluntatis, ac proprii corporis rerumque omnium: conjugium autem è contrario postulat vitam sæcularem; & ideo dicuntur ex natura rei habere repugnantiam quoad usum utriusque vinculi, & ideo fuit conveniens, ut quoad fieri posset, simul non manerent, maxime invitâ alterâ parte, & cum injuria illius: Clericatus autem per se non postulat renuntiationem sæculi, & ideo nec obligatio muneris, neque usus ejus habet ex natura rei repugnantiam cum conjugio, & usu ejus, sed solum ex Ecclesiæ ordinatione; quod verum est, non solum de Sacerdotio & aliis Ordinibus infra illud, sed etiam de Episcopatu; quia licet status ejus sit perfectior, non tamen per se obligat ad actum consiliorum.

Unde etiam sumitur alia congruentia: nam status Religionis est status perfectioris acquirendæ, & ideo & requirit separationem ab usu conjugii, & aliis actibus sæcularibus. & potestas illum profitendi conceditur omnibus, qui Matrimonium non consummaverunt, etiamsi illius vinculo actuali astricti sint: hæc autem potestas non posset uni conjugum liberè concedi, & independenter ab alio, sine injuria ejus, nisi dissolvendo ipsum vinculum; quia aliàs maneret alter semper ligatus & coactus ad

F f f f f 3

500. Prima ratio, ob quam non judicavit expediens, ex Suarez.

Cajet. Bellarm.

Quomodo intelligenda.

501. Professio religiosa postulat perfectam renuntiationem sæculi.

secus Clericatus.

502. Status Religionis est status perfectioris acquirendæ.

ser-

497. Resp. ad 2. fundamentum suarii.

Potestas exi. statum Ecclesiæ non habere potestatem irritandi eum ipsi.

498. Cur Ecclesia non tribuerit illum effectum Ordini sacro.

499. Resp. suarii, quia Ecclesia non potest irritare eum ipsi.

servandam perpetuam continentiam, quod fieri non potest.

Ordo vero infra Episcopatum non constituit hominem in statu perfectionis.

Ordo vero infra Episcopatum non constituit hominem in statu perfectionis, neque in via ad illam; & ideo licet, propter reverentiam sacri ministerii, expedit; semel ordinatum non transire ad nuptias; nihilominus non decuit, propter Ordinationem, quæ perfectionis professionem per se non requirit, vinculum Matrimonii dissolvi. Episcopatus autem licet sit status perfectionis acquisitæ, & exercendæ, non tamen per se includit media efficacia ad perfectionem acquirendam, & ideo illi etiam tributum non est, ut dissolvat Matrimonium ratum; finis enim hujus privilegii est, hominem expeditum relinquere ad profitendam perfectionis viam.

503. Professio religiosa est mors quædam civilis & spiritalis.

Denique ad idem tendit alia ratio, quæ reddi solet; quod Professio religiosa est mors quædam civilis seu spiritalis, & ideo illi tributum est, ut dissolvat vinculum Matrimonii, quædum est tantum spirituale, ut est in puro Matrimonio rato; nam si sit consummatum, jam vinculum quodammodo carnale est, & ideo non solvitur, nisi per mortem naturalem seu corporalem: in Ordinatione autem vel Episcopali consecratione nulla intervenit mors civilis, quia nec propriæ voluntati, nec bonis temporalibus in ea renuntiat, & ideo neutrum vinculum Matrimonii dissolvere potest. Hactenus Suarius.

secus Ordo sacer.

Et ecce, superabundè satisfactum est argumentum Pontii, qui plura ibidem pro sua sententia adducit argumenta, quæ brevitate causâ omitto, & quia ex jam dictis facilius habent solutionem.

504. Plus requiritur ad inducendum vinculum, quam solvendum.

Uti & hoc argumentum Aliorum: Pontifex non potest inducere vinculum Matrimonii; ergo nec solvere: facillimè solvitur neg. Consequentiam; quippe neque Pontifex potest inducere vinculum voti, tamen si secundum Omnes, possit illud solvere. Plus ergo requiritur ad inducendum, vinculum, quam ad solvendum.

505. Probatur Pontificem posse solvere Matr. ex c. 2. de eo qui cognovit &c.

Et sanè, Pontificem posse solvere vinculum Matrimonii, solet probari ex cap. 2. de eo qui cognovit &c. ubi Alex. 3. (habetur in Append. Concil. Later. part. 12. c. 4.) sic inquit: *Inquisitioni in a taliter respondemus: quod si matrem sponsæ suæ cognovit, & sponsæ nunquam carnaliter adhaesit, imponenda est ei penitentia paulo major, quam pro adulterio, quâ peractâ vel parte ipsius, poterit ex dispensatione cum alia Matrimonium contrahere.*

Responsio Aliquorum.

Respondent Aliqui: agi de sponsalibus de futuro. Ita Glossa ibi in propositione casûs, dicens: *Quidam contraxit sponsalia de futuro cum quadam &c.* Et verbo: *Matrem*

sponsæ, inquit: *De futuro: unde affirmat se perveniente, illam in uxorem habere non potest solutis sponsalibus.* Hanc Glossam secutus est Henricus Canthus ibi.

Sed manifestè est (inquit Pontius ibi. c. 13. n. 5.) contra textum ipsum, ut supra dice loco citato, & observat Cuiusdam Pontificis: *Veniens ad nos lator præsentem & non fraternitatis tuæ literas reportavit, ex quo tenore perpendimus; quod cum quondam uxorem duxisset, quidam assessorum per nos sem, quod tam duxerat; carnaliter cognovit. Contigit autem, sicut dixi, quod hæc uxorem suam, quæ mater eius postea in hujus jacere, quam diabolo seductus, pertransiit vero mense, tam per nos in propinquos coegerunt, ut Matrimonium sua consummaret. Igitur Matrimonium contractum quidem erat, non tamen consummatum.*

Deinde ibidem hæc habetur: *Tue tur inquisitioni taliter respondemus: quod vinculum esset hujus delictum; non potest solvere Matrimonium, quod publice contractum est. Ergo de Matrimonio valido & jam contracto agebat Pontifex, non de sponsalibus rescindendis.*

Rursùm ibidem dicitur: *Verum si publicum est, quod matri sponsæ carnaliter adhaesit, imponenda est ei penitentia paulo major, quam de adulterio &c. ut sup.* Ergo (inquit Pontius) adulterium commissum est simul cum incestu, & ideo major penitentia. Ergo & Matrimonium contractum erat, aliàs non esset adulterium. Ita Basilius.

Quinimò (reponit quispiam) adhaesit adulterium; quoniam copula cuncta habet, scilicet matre sponsæ, vivente. Audi Gloss. verb. Paulo major, ubi interrogat: *Quare major penitentia imponitur, quam pro adulterio, cum tantum talis honestatis justitiam violaverit, cum de sponsa de futuro? Dicit, quod non solum lavit publice honestatis justitiam, sed adulterium commisit cum matre sponsæ, quæ erat patri suo, ut patet in antiqua constitutione sponsæ non esset conjugata, non potest plus; nec etiam tantum: unde ipse multo magis debet puniri, quam pro adulterio propter videlicet propter honestatis justitiam, propter adulterium & incestum etiam, quod perpetravit, cognoscendo affinem primi generis & primi gradus.*

Respondet: omnino esset adulterium, sed non ex parte utriusque, ut patet. Hæc autem Pontifex ibi per adulterium intelligat adulterium ex parte utriusque, in contractum est.

Pergit Basilius: *Nec te moveant postea*

BIBLIOTHEK PADERBORN

ma illa ejus capitis verba: *Ceterum si sponsam cognoverit antequam matrem, vel post, nunquam poterit eam vel aliam in uxorem accipere.* Hoc enim idem dicitur, non quia Matrimonium non esset; sed quia consummato jam Matrimonio, ob affinitatem, vel præcedentem consummationem, vel supervenientem consummationem, non licebat uti conjugio, ut rectè exponit Canisius loco citato. Hæc ille.

Canisius.

509.

*Diff. cap. 2. videtur intelligendum de Matr. ratio non consummato.*

Igitur videtur hic textus intelligendus de Matrimonio rato nondum consummato, & non de sponsalibus de futuro. Secundum quem intellectum videtur ex eo probari, Pontificem posse dispensare in Matrimonio rato, propter incestum publicum cum noverca, ibique dispensasse, ut indicat Pontius sup. dicens: In quo textu planè Pontifex ob incestum commissum ante consummationem, si publicum esset crimen, rescindi voluit Matrimonium, eâ nimirum utens potestate, quam ex probabili opinione habent Pontifices dissolvendi Matrimonium ratum fidelium non consummatum. Hæc ille.

Qui tamen lib. 9. c. 3. n. 4. in fine ait, Alexan. 3. in dicta Appendice Concil. Later. illam opinionem reprobasse. Quomodo reprobavit, si in ead. Appendice eâ potestate seu opinione usus fuerit? Expectabo conciliationem.

510.

*Sed putat Pontius ibi non agi de dissolutione vinculi, sed de usu & cohabitatione.*

Interim eodem cap. 3. n. 17. censet Basilius, in dicto cap. 2. non agi de dissolutione jam contracti Matrimonii, sed de usu & cohabitatione; & tria, inquit, respondet Pontifex. Primum; quòd si occultum est crimen, non separentur, cum publicè contractum sit, non solum quoad vinculum, sed neque quoad torum. Alterum est; quòd si crimen est publicum, quia scilicet cognovit matrem sponsæ; si tamen non cognovit ipsam sponsam, concedatur dispensatio, & possit aliam ducere, & illa alium; quod intelligo illâ defunctâ, non aliter, sicut lib. 7. explicui multa. Non enim vult spe conjugii carere, si non cognovit filiam ejus, quam polluerat contracto Matrimonio. Tertium est; si cognovit sponsam, ut careat omnino spe conjugii, etiam illâ defunctâ, quæ olim frequens pœna erat. Hæc ille.

511.

*Ex d. textu non firmetur probatur sententia Suarii.*

Igitur ex hoc textu non accipitur firmum argumentum pro sententia Suarii. Et quia hic Auctor fortiter urget, ut sup. vidimus, Extravag. Joan. 22. *Antiqua*, de Voto, ubi dicit Pontifex, votum, solemne Ordinis sacri non dirimere Matrimonium ratum, reddittque rationem: *Cum neque jure Divino, nec per sacros reperiamus Canones hoc statutum*, placet hic subnectere duplicem responsum Pontii.

512.

Prima est; Pontificem voluisse reddere

rationem in Omnium sententia; sciebat enim varias de hoc esse sententias. Itaque idem est, ac si diceret: Votum solemne Religionis Quidam dicunt jure Divino, Alii Ecclesiæ, habere vim dissolvendi ratum Matrimonium: at de Ordine sacro nullum quoad hoc extat jus Divinum, neque Ecclesiasticum.

*Prima resp. Pontii ad Extrav. Antiqua.*

Secunda: Dicit potest, nomine sacrorum Canonum intellexisse non leges Ecclesiasticas, id statuentes; sed referentes privilegium Divinum, sicut extant Canones referentes privilegium Divinum concessum religioso Statui, seu Professioni. Ita Basilius sup. n. 18.

*Secunda.*

Et num. 19. sic concludit d. cap. 3. Ex his, quæ in his capitibus dicta sunt, planè constat, Matrimonium solâ auctoritate Divinâ dissolvi posse. Nam cum Deus sit Dominus omnium, potest corpus mihi traditum, à me auferre, etiam sine meo consensu: unde sequitur, etiam solum in his casibus posse dissolvi, in quibus Deus explicuit, velle dissolvi, qui tantum sunt duo, & in favorem Religionis, cum consummatum non est, & in favorem Baptismi etiam consummatum. In his autem casibus voluisse Deum Matrimonium dissolvi, habemus auctoritate Patrum, & Ecclesiæ Traditione; ex qua etiam habemus, non esse datam facultatem dissolvendi consummatum fidelium, licet fieri à Deo etiam potuisset, cum Patres & Ecclesiæ doceant, non licere conjugii vovere continentiam, altero invito post usum Matrimonii.

*513. Conclusio Pontii.*

Ista est Conclusio Pontii, quam etiam ex toto sequi non tenearis, ut ex hæctenus dictis satis constat; equidem absque errore in fide, aut bonis moribus, sequi poteris. Hoc unicum fidei est: Matrimonium ratum non consummatum per solemnem Religionis Professionem alterius conjugum dirimi; ex quo sequitur hoc corollarium:

### CONCLUSIO IX.

Incertum est, an per vota simplicia, post biennium emissa in Societate Jesu, dirimatur Matrimonium ratum.

Dirimi per ea vota Matrimonium ratum, docet Pontius lib. 9. cap. 6. n. 1. Si enim (inquit) id concessum est religioso Statui ex Christi privilegio, & ab initio cum effectum habuit Status religiosus, & antiquus ille Religionis Status tantum constabat votis simplicibus, liquidò colligitur, vota Societatis, post biennium emissa, eandem habere vim, quandoquidem verè Religio-

514.

*Per vota simplicia Societatis Jesu solvi Matr. ratum, docet Pontius, & probat.*

ligiosum efficiant. Concessum est autem illud privilegium à Christo Statui verè & substantialiter religios; & ex consequenti, non solum Professioni solemnè, eo modo quonunc vocamus solemnem; sed etiam Professioni verè & substantialiter constituti Statum religiosum, qualis constituitur per tria vota in Societate post bienniū. Hęc ille.

515. *Confirmatur ab exemplis Sanctorum.*

Quod etiam (prosequitur) ex eo validè confirmatur; quia Sancti illi, quorum exemplo persuadent sibi Pontifices factum ex revelatione Divina, scilicet Joannes Evangelista, Alexius, Theonas quidam, atque Macarius Romanus, illis seculis claruerunt, in quibus nondum erat votorum Religionum introducta solemnitas.

516. *Decretum Eusebii Papæ.*

Quod idem affirmandum est de Decreto Eusebii Papæ. Quàmvis enim daremus, Eusebium ejus legis primum congruorem extitisse, quod tamen falsissimum est, adhuc concedendum, eam vim inesse votis Societatis. Nam Eusebii tempore nondum Ecclesiastica votorum solemnitas introducta erat; sed illorum temporum sub Eusebio Religiosi, qui Basilii, Aug. & Benedicti Monachos præcesserunt, tantum constabant votis simplicibus, quæ tamen verè Religiosos efficerent. Hucusque Pontius.

517. *Approbatum hac doctrina quibusdam suppositis.*

Et non adedè malè, juxta sua principia; scilicet statum Religiosum eum effectum ab initio habuisse ex privilegio Christi, & insuper antiquum statum Religionis tantum constituisse votis simplicibus, ut latissimè probat lib. 7. ubi de impedimento voti, ostendens per multa capita, ab initio Ecclesiæ Religiosos habuisse verum dominium suorum bonorum; itemque validè contraxisse Matrimonium, nec non potuisse absolvi à suis Prælati ab obligatione votorum, quæ omnia repugnant hodiernæ solemnitati votorū, ut clarū est, & ab Omnibus admisū.

518. *qua ab aliis negantur. Et ideo ab iis id negatur hac doctrina.*

Verumtamen quia frequentius negant DD. statum Religionis ab initio constituisse votis tantum simplicibus, ideo etiam frequentius negant, vota simplicia, post biennium in Societate emissa, dirimere Matrimonium ratum; non quin per illa vota fiant homines veri Religiosi, juxta Declarationem Greg. 13. Bulla: *Quantò fructuosius*, 26. apud Rodrig. sed quia non sunt Religiosi professi, ut ibid. significat Pontifex his verbis: *Biennio itaque novitatus completo, & emissis votis simplicibus, una est omnibus omninò vivendi & obediendi ratio, debentque omnes in communi vivere, ac in omnibus obedire, non secus ii, qui Professionem non emisissent, quam professi.*

519. *Emisso istorum votorum non est professio, ex Bul. Greg. 13.*

Et plura similia invenies in d. Bulla, quæ manifestè indicant, emissionem illam votorum simplicium, non esse veram Professionem. Jam autem Concilium Trident. defi-

nit, Matrimonium ratum non consummaturum dirimi, non per Statum religiosum, nec per vota simplicia, quæ constitunt Statum religiosum; sed per solemnem Religionis Professionem. *Si quis dixerit, Matrimonium ratum non consummatum, per solemnem Religionis Professionem alterius conjugum non dirimi, anathema sit.* Ubi de solemnè Professione hoc definit, tacitè ita expletur jura antiqua, & significat, non aliter solvi.

Sed responderi poterit: Trident. præsciens diversitatem opinionum inter DD. Catholicos de hac materia, definitè quod magis certum & extra dubium erat, restituens indecisum; an etiam per vota simplicia, quibus aliquis efficitur verus Religiosus Matrimonium ratum dissolvatur, quod erat controversum. Interim ex illa Declaratione Concilii manifestè patet, non esse contraxisse Matrimonium rati per vota simplicia, Societatis, nec esse incertam.

Immo existimo longè probabiliorem partem negativam, quæ Summo Societatis dicitur, semper verior ac securior via esse, ut ipse ait to. 4. de Relig. lib. 4. c. 2. n. 3. brevis pro illo tempore, quando illa vota non debebant votentem inhabilem ad subsequens Matrimonium, quod duravit usque ad annum 1584. in quo Greg. 13. Bulla: *Ascendente Domino*, statuit, quod sequitur: *Nec ante hujusmodi dissolutionem, & à Societate dimissionem, Matrimonium contrahere, quatenus eos omnes ad contrahendum inhabiles, ac contractus hujusmodi nulli & irriti esse, prout irriti facimus & annullamus.* Sive etiam pro tempore subsequente hanc Confirmationem.

Eadem quippe est ratio utriusque temporis, utputà: quia hic effectus non datur ex sola rei natura, ex voto aliquo, vel ex subsequente promissione, aut potestatem manu contractu, privata auctoritate, nec etiam jure Divino positi voti, quod est hic effectus alicui voto, aut Statu religioso; sed necessaria est Ecclesiæ auctoritas, per quam virtus ad hunc effectum tribuitur: sed nec hoc, nec illo tempore, fuerunt hæc vota ab Ecclesia recepta & approbata ad hunc effectum: ergo &c.

Probatum Minor: quia vel approbata fuisset specialis per aliquod jus proprium ipsius Societatis à Pontifice probatum, & non hoc non; quia nec in prioribus Bullis Pontificiis, nec in posterioribus, sed nec in Constitutionibus Societatis ulla fit mentio talis effectus. Vel esset generalis approbatio per Decreta juris communis; & hoc etiam dici non potest, quia jus commune solum votis solemnibus emissis in Professione Religiosis concedit hunc effectum, ut patet ex Tri-

Bibliothèque  
Sacramentum  
Paris

Trident. sup. allegato. Item ex cap. Verum, cap. Ex publico, & cap. Ex parte, de Conuers. conjug. & Extravag. Antiqua, de Voto, Joan. 22.

arg. cap. ult. Qui Clerici vel voventes, & cap. ult. 20. q. 1. & cap. de Viduis, 1. 27. q. 1.

Hæc, inquam, responsio probabilis non est, Primò; quia in iure, sicut crucem affumere, semper significat votum terræ Sanctæ; quia cum illa ceremonia fieri solebat; ita velum sacrum aut viduale assumptum, præsertim cum illa publica ceremonia, est certum indicium voti virginitalis, aut continentiæ vidualis.

Rejicitur responsio alicujus Glosse. Primò;

Secundo; quia illa verba: Quasi propositum castitatis in seculo seruaturo, non de quocumque proposito; sed de illo, quod habet obligationem voti adjunctam, intelliguntur; tum, quia verbum, Seruare, propriè sump-tum, obligationem supponit; tum etiam, quia simili phrasi locutionis dixit statim Pontifex, si votum Religionis habeat, cogendam esse, ut Religionis propositum exequatur.

525. Secundo;

Tertiò colligitur ex fine, propter quem illa mulier Velum sumperat; scilicet, quia viri fuerat. abominata complexus: ad hoc autem necessarium erat, saltem votum castitatis emittere. Declarat autem Pontifex, illud genus voti, sic tantum solemnizati, non sufficere ad illam separationem faciendam. Hactenus Suarius.

Tertiò;

Igitur in d. textu propositum castitatis non distinguitur contra votum castitatis; sed opponitur voto castitatis, quod fit in Religione approbata, ut satis indicat ibi Glossa verb. Propositum castitatis, dicens: Bene dicit: Propositum; quia si verè castitatis votum deuoveret alicui Religioni, scilicet S. Aug. vel Benedicti, in propria domo manendo bene solemnizaretur votum.

526. Quid in d. textu intelligatur per propositum castitatis.

Hinc si Suarez oppugnet hanc Glossam, malè eam intellexit; non enim significat, ut ipse loquitur, in illa ceremonia non intervenisse votum castitatis, sed non intervenisse votum castitatis, quo mulier se deuoverat alicui Religioni, scilicet S. Aug. vel Benedicti. Id est, non negat votum simplex castitatis, sed solemne, live votum quo se adstrinxerat ad obseruantiam regularem; & tale votum posse esse solemne manendo in propria domo, id est, quæ propria aliquando fuit, probant jura à d. Gloss. allegata, & non aliud.

Ex quo sequitur corollarium; tempore Innoc. 3. cujus rescriptum est d. textus, notam fuisse distinctionem voti simplicis castitatis, à voto solemnì; & votum simplex non potuisse dissolvere Matrimonium ratum, secùs solemne.

527. Tempore Innoc. 3. nota fuit distinctio voti simplicis à voto solemnì.

Nec tantum tempore Innoc. 3. nota fuit hæc distinctio sed etiam tempore Innoc. 1. qui sedit an. 408. nam Epist. 2. ad Victricium cap. 12. (& habetur 27. q. 1. cap. 10.) scribit: Quæ Christo spiritualiter nubunt, & a Sacerdote velantur, si publicè postea nupserint, non

Imò etiam tempore Innoc. primis, ut ostenditur ex 27. q. 1. cap. 10.

Gggggg

non

521. Antiqua iura per ipsum Religiosum in Religione Professione.

522. Probatur.

Confirmatur ex Summarium maius diuersorum iurium.

523. Intelligenda sunt de Professione solemnì.

524. Colligitur ex textu cap. Ex parte. Suarius.

non eas admittendas esse ad penitentiam agendam, nisi hi, quibus se junxerant, à mundo recesserint. Si enim de hominibus hæc ratio custoditur, ut quæcumque vivente viro alteri nupserit, adultera habeatur, nec ei agenda penitentia licentia concedatur, nisi unus de eis fuerit defunctus; quanto magis de illa tenenda est, quæ ante immortalis se sponso conjunxerat, & postea ad humanas nuptias transmigravit?

528.  
Et cap. 9.

At verò cap. 13. (& ponitur eadem, cap. 9.) ait: Hæc verò, quæ necdum sacro velamine tectæ, tamen in proposito virginali semper permanere simulaverunt, licet velatæ non fuerint, si foris nupserint, his agenda aliquanto tempore penitentia est; quia sponsio earum à Domino tenebatur. Si enim inter homines solet bonæ fidei contractus nullâ ratione dissolvi, quanto magis ista pollicitatio, quam cum Deo pepigit, solvi sine vindicta non debet? Nam si Apostolus illas, quæ à proposito viduitatis discesserant, dixit habere condemnationem, quia primam fidem irritam fecerunt; quanto magis virgines, quæ pactionis suæ fidem minime servaverunt?

Ubi manifestè supponit votum castitatis, sed simplex, minime irritans subsequens Matrimonium. Aliter autem loquitur in cap. præcedenti, ut vidimus, de virginibus velatis; non ob aliam causam, quàm quia earum vota erant solemnia, habentia effectum, tum dissolvendi Matrimonium ratum, tum dirimendi Matrim. subsequens.

529.  
Ad 4. cap.  
10 videtur  
respexisse  
Innoc. 2. in  
Concilio  
Rom. c. 7.

Atque ad hunc textum videtur respexisse Innoc. 2. in Concil. Rom. cap. 7. (ponitur 27. q. 1. c. 40.) dum ait: *Ut lex continentie & Deo placens munditia in Ecclesiasticis personis & sacris Ordinibus dilatur, statuimus: quatenus Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, regulares Canonici, Monachi atque conversi professi, qui sanctum transgredientes propositum, uxores sibi copulare præsumperint, separentur. Hujusmodi namque copulationem, quam contra Ecclesiasticam regulam constat esse contractam, Matrimonium non esse censemus. Qui etiam ab invicem separati, pro tantis excessibus condignam penitentiam agant. Id ipsum quoque de sanctis Monialibus feminis, si (quod absit) nubere attentaverint, observari decernimus.* Ita Conc.

Responsio  
Pontii.

Respondet Pontius lib. 7. c. 14. n. 3. illam regulam Ecclesiasticam non fuisse irritantem, sed solum prohibentem. Nec verò, inquit, quia Concilium dixit, hujusmodi copulationem contra Ecclesiasticas regulas esse contractam, ideo existimet Aliquis, jam ante Concilium istud præcessisse Ecclesiasticas regulas, hujusmodi Matrimonia irrita reddentes. Ecclesiasticas enim regulas, quas dicit, eas intelligo, quibus tantum hujusmodi Matrimonia prohibita sunt, non verò irrita judicata. Hæc ille.

Undè ad dictam regulam Ecclesiasticam Innoc. 1. idem Auctor sup. n. 10. ait: *Quàmvis adulteras illas vocet Innocentius, id est, sacrilegas quia Christo datam fidem violaverunt; atamen invalida Matrimonia esse, nequaquam inde colligitur.*

Nec verò eâ comparatione, quam adducit de ea, quæ vivente viro cum altero jungitur, probari potest, sentisse Innocentium hujusmodi Matrimonia nullâ. Pontius enim cap. 13. agens de his, quæ voto continentie extra Religionem tenebantur, tamen post illud votum nupserunt, eadem comparatione utitur de fide Christo datæ, solumque docet, hujusmodi violationem puniri debere; cum tamen Matrimonium post illud votum celebratum, videtur de ex omnium DD. sententia. Solum ego differri voluit Pontifex rigorem, quæ in Religione castitatem votum, & quæ extra, contrahentem Matrimonium, in majori vel minori penitentia; non verò in Matrimonii nullitate. Ita Pontius.

Sed, pace ejus, utitur quidem Pontius cap. 13. comparatione de fide Christo data; ast ubi utitur comparatione adulteræ, cujus Matrimonium invalidum est, quæ tamen comparatione utitur cap. 12. Ergo Pontifex non solum voluit differri virginem, quæ in Religione castitatem votum, & quæ extra, contrahentem Matrimonium, in majori vel minori penitentia; sed etiam in nullitate Matrimonii.

Pro quo nota illa verba Innoc. 2. *Matrimonia non esse censemus*, ubi non utitur verbo, *Statuimus*, vel, *irritamus*, quæ significare possent novum effectum; sed verbo: *Censemus*, quod in rigore significat tantum judicium & declarationem nullitatis, quæ jam antea erat, scilicet a tempore Innoc. & foris etiam ante illud tempus.

Sed contra, dicit aliquis, verbum *est* in lege humana novum jus indicatum. Respondetur Glossa in Clement. 1. de Concilio. ubi verbi *Censemus*, & ibi Panormi.

Respondet Suarez tom. 3. de Religione 9. cap. 21. n. 10. in primis; hi Auctores nullo jure vel ratione id probant, cum tamen ex proprietate verbi potius significat, juxta usum latinorum, idem, quod, *Aberrari*, seu, *Judicare*, ut constat in frequentate apud Ciceronem.

Fateor tamen, juxta usum juris civilis, *Censere*, idem esse, quod *Constituere*, vel *Præcipere*, ut expressè dicitur, in leg. *Constitutio* ff. de Verb. signif. in quo textu fortasse fundati sunt dicti Auctores. Nec est significatio hæc aliena à jure Canonico; nam hæc censura, prout est quedam Ecclesiastica poena, inde nominata censetur. Negari tamen nihilominus non potest, verbum *Cen-*

ferre, habere frequenter alteram significacionem, etiam in iure.

Est ergo saltem illa vox anceps & dubia; & idèd verisimile non est, ibi fuisse de novo introductum hoc impedimentum irritans: debuisset enim cum majori claritate & certitudine explicari; sicut in simili habemus exemplum in Concil. Trident. sess. 24.

Accedit: quòd prædicta Glossa ait, quando constitutionis ratio est antiqua, tunc verbum, *Censendi*, declarationem juris antiqui, non constitutionem novi significare. Porro ratio dictæ censuræ erat; quia huiusmodi Matrimonia fuerant contracta contra Ecclesiasticam regulam; quæ utique non fuit ibi de novo statuta, sed antiquissima erat, ut constat ex multis Decretis apud Gratianum dist. 27. & 27. q. 1. & quàmvis non ita expressè irritaret Matrimonia, sed simpliciter prohiberet; tamen vel ex signis & effectibus, vel ex usu ita erat declarata, ut effect non tantum prohibens, sed etiam irritans. Ita Suarez sup. aliquibus omisiss ad evitandam nimiam prolixitatem.

Atque ex his idem Auctor n. 11. format tertium argumentum, dicens: Quoties Ecclesia non tantum in particulari factò, sed lege universali præcipit, omnia Matrimonia contracta cum aliquo impedimento dissolvi ac separari, vehemens conjectura est, talia Matrimonia esse nulla; & separationem illam non solum intelligi quoad torum, sed etiam quod vinculum: sed multò ante Innoc. 2. latæ fuerunt leges Ecclesiasticæ, præcipientes separari perpetuò huiusmodi contrahentes: ergo lex illa de separatione quoad vinculum intelligitur, & per eam fati indicatur, hoc impedimentum irritans multò fuisse antiquius.

Video responderi posse: illam perpetuam separationem fieri potuisse in pœnam tanti sacrilegii, & ad deterrendum alios, ne similia committant. Mihi tamen profectò, hoc verisimile non est; quia talis separatio non poterit fieri sine magno periculo animarum. Primum enim sæpè contingere poterat, sicut nunc potest, alterum conjugum bona fide cum altero Religioso cõtrahere: maneret ergo ille perpetuò ligatus vinculo Matrimonii, & consequenter impeditus ad aliud Matrimonium; & nihilominus perpetuò separatus à Religioso conjugè sine culpa, sine voluntate, & sine affectu ad continentiam: at hoc nimis onerosum & periculosum esset; imò videretur planè esse contra iustitiam; cur enim privaretur iure acquisito ille, qui nihil peccavit? Hæc ille.

Et alia plura ad idem propositum adiungit, quæ diligens Lector poterit ibi legere, & videbit quàm sint omnia incerta, quæ

de hoc effectu dissolutionis Matrimonii disputant Doctores: maxime, si etiam inspicere voluerit Pontium lib. 7. ubi diffusissime hanc controversiam tractat, de qua iterum erit sermo ptoprio loco, scilicet in sequenti Parte, ubi de impedimento voti.

Impresentiarum hoc unicum probare intendimus; olim fuisse distinctionem inter vota simplicia & solemnia; & per simplicia non fuisse dissolutum Matrimonium ratum; & idèd neque hodie dissolvi per simplicia vota Societatis. Fuisse autem distinctionem, puto fati probari ex testimonio Innoc. 1. sup. allegato.

Atque tunc per vota simplicia non fuisse dissolutum Matrimonium ratum, convincit, meo iudicio, antiquissimum Decretum de hac re Eusebii sup. relatum, ubi non dicit, licet desponsatæ puellæ emittere votum castitatis; sed: *Monasterium sibi eligere*, in quo utique solemniter proficitur.

Patet ex iuribus novis, antea relatis, & præsertim ex Concil. Trident. ac Extravag. Joan. 22. *Antiquæ*, de Voto, ubi hic Pontifex primò resolvit: *Quòd licet votum solemnizatum per sacri susceptionem Ordinis, quantum ad impediendum Matrimonium contrahendum, ac ad dirimendum, si post contractum fuerit, secundum statuta Canonum, sit efficax reputandum: ad dissolvendum tamen prius contractum, etiam si per carnis copulam non fuerit consummatum, cum nec iure Divino, nec per sacros reperiamus Canones hoc statutum, invalidum est censendum.*

Secundo, auctoritate Apostolicâ districtius inhibet: *Ne quisquam durante Matrimonio, nondum etiam consummato, aliquem de sacris Ordinibus presumat suscipere, nisi prout sacris Canonibus noverit convenire.*

Tertio, imponit pœnam, secus facienti: *Quòd nec Matrimonio soluto in sic suscepto Ordine ministrare, nec ad superiores Ordines promoveri, nec ad aliquod beneficium vel officium Ecclesiasticum valeat promoveri.* Cum hac tamen limitatione, quæ ad propositum nostrum servit: *Nisi aliquam de Religionibus approbatis (quarum Professio ad castitatis custodiam, & abdicationem temporalium, & sui Superioris obedientiam suos professores astringat) ipsum canonicè contigerit ingredi, ac ejus regulam expressè vel tacitè profiteri: quo casu Diœcesanus super præmissis & singulis præmissorum cum eo dispensare valeat, nisi sit aliud canonicum, quod obstat.*

Ubi non solum requiritur ingressus; sed insuper Professio expressa vel tacita, non cujuscumque Religionis; sed Religionis approbatæ: nec hoc tantum, sed talis Religionis, cujus Professio ad castitatis custodiam, & abdicationem temporalium, & sui Superioris obedientiam suos professores astringit.

G g g g g 2 Hinc

537. Olim fuit distinctio inter votum simplex & solemnè.

Per votum simplex non dissolvitur Matrimonium.

538. Patet ex Joan. 22. Extravag. Antiqua.

durante Matr. non licet suscipere Ordinem sacrum.

539. Pœna condita secus facienti.

Quid requiritur ut in ea dispensetur.

534. Quando suspicatur de veritatem iuramentum.

535. Quando Ecclesia censetur irritare Matrimonium, quæ præcipit dissolvi.

536. Occurritur evasioni.

§40. *Debet ingredi Religionē approbatam.*

Hinc Gloss. ibi, verb. *Approbatis*, inquit: *Ingrēdi ergo aliam non prodesse, cum alie sint prohibite, & penitus revocate.* Et verbo: *Cassidatis custodiam*, infert: *Non videtur ergo prodesse hoc casu, ingredi Religionem, juxta quam permittitur concubitus uxoralis, ut est reperire in tertio Ordine S. Francis: vel in Ordine vulgariter nuncupato, S. Marie in partibus Italiae, ut audivi.* Ita Gloss. Potuisset addere illos Ordines Militares, in quibus Equites non profitentur, nisi castitatem conjugalem, quæ licet largo modo dicatur castitas, five cum addito, conjugalis; secus simpliciter, & absque hoc addito.

*An sufficiat Religio Canoniorum Reg. S. Aug. aut alia que habet dominium in communi.*

Denique ead. Gloss. verb. *Abdicationem temporalium*, sic ait: *Cum indistinctè loquatur textus, intelligam in speciali vel in communi: Et sic talis habebit ingredi aliquam de approbatis. Aliam igitur ingredi non prodest, puta Canoniorum Regularium S. Aug. vel Monachorum Cisterciensium, vel Cluniacensium Ordinis, vel Hospitaliariorum, vel similibus, quibus licitum est habere aliqua, saltem in communi, arg. ad hoc extra de Regular. cap. Constitutionem, lib. 6. alias frustra dixisset textus: Quorum Professio, & cætera.*

§41. *Videtur quod sic.*

Sed hæc doctrina nobis non placet; alioquin non prodesse ingredi Ordinem Eremitarum S. Aug. vel Ordinem Prædicatorum, aut Carmelitarum, quibus licitum est habere aliqua, saltem in communi: quippe *Concedit Sancta Synodus* (Tridentina sess. 25. de Regul. cap. 3.) *omnibus Monasteriis & domibus tam virorum, quam mulierum, & Mendicantium, exceptis domibus Fratrum S. Francis, Capucinatorum, & eorum, qui Minorum de Observantia vocantur, etiam quibus aut ex Constitutionibus suis erat prohibitum, aut ex privilegio Apostolico non erat concessum, ut deinceps bona immobilia eis possidere liceat.* Dico igitur, per *Abdicationem temporalium*, intelligi solam abdicationem in speciali, quæ est communis omnibus Religionibus approbatis, in quibus fit solemnis Professio paupertatis.

Concil. Trident.

Dico: *Solemnis Professio*; quia in Societate simplex votum paupertatis, post biennium emissum, non privat dominio rerum temporalium etiam in speciali; & ided non prodesse hic, ingredi Societatem, nisi post solemnem Professionem.

§42. *Quis ingressus Religionis solvat Matrimonium ratum.*

Sed quorsum hæc omnia? Ut scias, quis ingressus solvat Matrimonium ratum. Sequitur namque in d. Extravag. Joann. 22. *Ad ingressum hujusmodi, sic ordinatum, si Matrimonium consummatum non fuerit, per Diversanum instantè moneri præcipimus & induci: quod si forsan rennerit adimplere, ipsum si sponsa ejus insisterit, per censuram Ecclesiasticam compellendum decernimus, contractum Matrimonium consummare.*

Moneri, inquam, ad hujusmodi ingressum. Quid ita? Non profecto ob aliam rationem; nisi quod per eum solvatur Matrimonium ratum, non consummatum; per eum, dico, & non per alium; alioquin non foret ratio, quare potius præcipere moneri ad hujusmodi ingressum, quam ad aliam quemlibet, etiam Religionis non approbatæ, aut in qua non fit Professio, quæ professorem attingat ad castitatis custodiam &c. Ergo judicavit Joan. 22. ad dissolutionem Matrimonii rati omnino necessarium esse Professionem Religionis, quæ suam professorem attingat ad castitatis custodiam &c. Sed emissio votorum simplicium in Societate post biennium, non est talis Professio, ut patet ex hæcena dicitur, &c.

Unde etiam Sanctissimus Pater Ignatius, Coadjutor temporalis, qui de ingressu ad hunc Religionem transtibat, Professorem esse cessit solemnem.

Respondet Pontius lib. 9. cap. 6. n. 3. id factum fuisse, non quia foret excommunicatum; sed quod omnis tolleretur dubitatio, & nulla litibus occasio relinquere. Quamvis si de hoc aliqua lis modo oritur, non dubito, quin ista pars obtineat. Hæc ille.

Sed quæ ista pars? Non satis Auditor se explicat, ego autem intelligo partem, quæ prætenderet, Matrimonium ratum per talia vota non fuisse dissolutum; cum frequentior DD. sententia, melius fundata, id doceat, & non facile debeat quis privati jure jam acquisito. Saltem ex illo factio Ignatii liquido constat, rem esse incertam.

Mea sententia inquit Valquez 1. 2. disp. 165. cap. 10. n. 109. & antiquorum Patrum nostræ Societatis est, per illa vota non dissolutum, non consummatum; etiam si in Coadjutorum formatorum, qui ante biennium post biennium, sed post biennium, &c. plura experimenta emittuntur. Hæc ille.

Ratio verò (prosequitur n. 112) hæc nostra sententiæ est; quia votum de tenore Religionis uno ex duobus modis dicitur Matrimonium ratum, nempe aut omnino contracto Ecclesiæ; aut ex Christi consilio, in Evangelio tradito: neutro autem modo dicere possumus, Matrimonium ratum dirimi per vota simplicia, in nostra Societate emissæ. Non primo modo, quia nusquam reperitur in jure hoc privilegium concessum fuisse votis simplicibus, & abdicantur hoc privilegium inventur expressum, solum conceditur votis solemnibus.

Non etiam secundo modo: nam quumvis Christus consilium hoc in universum tribuisset hominibus, ut relinquere non

res propter ftatum perfectionis ; tamen Ecclefia potuit hoc modificare , & intelligere non de quovis ftatu perfectionis , fed de ftatu perfectionis in Religiofa congregatione approbata , ita ut quamvis aliquando licuiffet relinquere uxorem propter vitam folitariam extra congregationem , antequam hoc confilium Domini efferet explicatum , jam non liceat , poftquam Ecclefia juftis de caufis coarctavit privilegium hoc ad ftatum congregationis Religiofæ ; alioquin liceret etiam nunc ante Matrimonium confummatum fecedere in eremum , & relinquere uxorem fine confenfu illius , quod nemo dicet . Cùm igitur Ecclefia hæcenus folum declaraverit & concefferit hoc privilegium Chrifti voto folemni , nemo audeat deinceps voto fimplici , etiam in Religiofa congregatione emiffio , illud tribuere . Hæcenus Vafquez .

nus , votis fuæ Societatis denegavit , quod in eorum maximam auctoritatem cedit . Ita Bafilius .

Incipio ab ultimo : fi Societas judicaffet illum effectum cedere in maximam auctoritatem eorum votorum , miror profecto , eam non fuiffe follicitam , ut in dicta Bulla Greg. 13. *Ascendente Domino* , ille effectus , expreffis verbis iis votis annecteretur , ficut annexus fuit effectus inhabilitatis ad Matrimonium fequens : nam fiebat illum effectum dubium effe , immò à Plerisque negari ; & etiam à Plerisque concedi , Pontificem eum poffe annectere , aut faltem declarare , eum à principio fuiffe annexum ; ficuti Bulla : *Quantò fructuosius* , declaravit , per ea vota conftitui hominem verè ac propriè Religiofum , feu in Statu Religionis . Sicut ergo Societas parùm curavit illam auctoritatem , quæ forè ex illo effectu potuiffet accedere illis votis ; ita non mirum , quòd Vafquez de ea parùm fuerit follicitus ; magis attendens ad veritatem , quàm ad auctoritatem .

Porro quòd hic Doctòr non fit fatis fibi confonus , unde conftat ? Oftendere deberet Pontius , ubi Vafquez doceat ; priùs Statum Religiofum diffolviffe Matrimonium ratum , quàm dirimiffe Matrimonium fequens : hoc feio , Suarium , qui eufdem eft fententiæ cum Vafquezio to. 3. de Relig. lib. 9. c. 23. n. 17. dicere , verifimile non effe , votum folemne continentia priùs incepiffe in Ecclefia irritare Matrimonium contractum , quàm contrahendum .

Et eod. lib. cap. 6. n. 14. fic ait : Tertio fupponendum eft , per Ecclefiafticam legem , communi jure contentam , nullum votum caftitatis , cuicumque ftatu adjunctum , diffolvere Matrimonium ratum , quod non etiam inhabilitet perfonam ad Matrimonium contrahendum . Si idem docuerit Vafquez , certum eft , quòd optimè fibi confonet .

Sed neque ductus fuit leviffimo argumento ( quo etiam ductus fuit Suarius ) leviffimo , inquam , fi bene expendatur & intelligatur cum Suario to. 4. de Relig. lib. 4. c. 3. n. 10. dicente : Absurdum effer , ut liberaretur quis à vinculo Matrimonii per tranfitum ad Religionem , à qua poffet Superioris auctoritate , propter frequentes & ordinarias caufas liber dimitti ; fecus quando in rariffimo folum cafu , auctoritate aut difpenfatione Summi Pontificis ; jam autem , qui folemni ter profitetur , non nifi in rariffimo cafu auctoritate , aut difpenfatione Summi Pontificis , liber poteft dimitti ; fecus qui tranfit ad Societatem per vota fimplicia , poft biennium emiffa .

G g g g g 3

Quæ-

545. Et continuò adjungit aliam probationem ; ex inconvenienti , quod fequitur ex oppofita fententia dicens : Atque ex oppofita fanè fententia fequeretur , poffe ita dirimi Matrimonium ratum per nofta vota fimplicia , ut eo diffoluto , mulier relicta alteri nuberet , & deindè ille , qui in nofta Societate vota fimplicia emiffiffet , aliqua jufta caufa dimitteretur , & dimiffus alteram uxorem fine peccato duceret , quod planè eft absurdum . Hæc ille .

546. Repondet Pontius fup. n. 4. hoc nullum inconveniens effe . Quia , inquit , idem omninò fequitur ex natura rei in eo , qui folemni ter profitetur ; & etiam Doctòres , qui contra fenerint , idem fateri tenentur multis fæculis in Ecclefia id locum habuiffe . Quia fi hæc vis dirimendi Matrimonium ratum conceffa eft votis Religionis jure Divino , ut ego exiftimo ; vel tantum Ecclefiaftico , ut illi dicunt ; cùm ipfi etiam fateantur , vota Religionum multis fæculis non habuiffe vim dirimendi Matrimonium poft contractum , ufque ad Innoc. 2. ut mihi videtur , ut autem ipfi fentiunt , ufque ad tempora Gregorii 1. planè fequitur , illo tempore , diffoluto priori vinculo per vota Monaftica , ftatim illis emiffis potuiffe valide contrahi aliud Matrimonium ; illicite quidem auctoritate propria , licite verò relaxante vota Pontifice , vel Epifcopo , vel Religionis Præfato .

Quare , quod Gab. Vafquez maximum inconveniens judicat in fuif votis , neceffariò concedere debet , juxta fuam fententiam , in votis etiam folemni bus toto illo tempore , quo ipfe etiam cenfet , in Ecclefia ea vota folemnia non habuiffe vim irritandi Matrimonia poft contracta . Quare leviffimo ductus argumento , & quod in eo Doctore magis miror , non fatis fibi con-

547. Oppugnatur primo .

548. Secundò .

Suarez .

Votum folemne non priùs irritavit Matr. contractum , quàm contrahendum .

549. Vafquez non fuit ductus leviffimo argumento .

Suarez .

550.  
*Quare vota  
in Societate  
emissa post  
biennium  
non sint so-  
lemnia, ex  
Suario.*

*Sententia  
Sanchez, per  
ea non diri-  
mi Matr.  
ratum.*

551.  
*Quare Trid.  
hanc senten-  
tiam non  
expresse de-  
finiverit.*

552.  
*Quid dicen-  
dum de vo-  
tis Eremitarum.  
Sanchez.*

Quæris; quid hisce votis desit ad solemnitatem? Respondet Suarez sup. Neque deest extrinseca seu accidentalis solemnitas, nec vis impediendi subsequens Matrimonium; sed deest absoluta perpetuitas, quæ ex utraque parte, Religionis scilicet, & Religiosi, nascitur. Et idem, secundum Suarium, & Vasquez, non dissolvunt Matrimonium ratum.

Idemque docet Sanchez lib. 2. disp. 18. n. 6. dicens: Tertio infertur; quamvis dirimatur per solemnem ritum, aut quatuor votorum Professionem in Societate Jesu: non tamen dirimi per vota Coadjutorum formatorum, in ea emissa; sunt enim simplicia, quamvis publicè emittantur. Hæc ille. Cujus proinde fundamentum aliud non est, nisi quod sola Professio solemnitas, sive vota solemnia, habeant hunc effectum, juxta Trident. & alia jura, jam sæpius allegata.

Et sanè, quam rationem, existimas, habuit Trident. relinquendi hanc controversiam indecisam, & tradendi doctrinam diminutam? Quia, inquis, certa erat dissolutio per vota solemnia, dubia autem per simplicia. Sicut dixi sup. sic aliquis posset respondere.

Sed contra facit; quod Concilia non solum rem prius certam, sed etiam dubiam, de qua inter Catholicos controvertitur, sæpius soleant definire. Cur ergo id non fecit in casu proposito?

Quia noluit, inquis; alioqui, si voluisset, quare non dixit, Matrimonium ratum solvi per solam Professionem solemnem? Respondet: quia noluit; cur autem noluerit, ratio est; quia suum modum definiendi judicavit sufficere, ut quisque intelligeret, per nulla alia vota dissolvi Matrimonium ratum. Interim fateri cogimur, hanc rem nondum esse fidei; cum, etiam post Tridentinum, à Pontio & Aliis oppositum defendatur & imprimatur, Ecclesià non contradicente; cum tamen facilè posset contradicere.

Ex his patet, quid dicendum sit de votis Eremitarum. Quamvis (inquit Sanchez sup. n. 5.) olim dirimeretur Matrimonium ratum, vitæ Eremiticæ in manu Episcopi, vel alterius Prælati, Professione, eò quod solemnitas esset; jam tamen non est; sed Eremitæ aut nulla, aut simplicia tantum vota emittunt; undè iis votis non dirimitur Matrimonium ratum.

Nunquid eadem ratio Religiosorum tertii Ordinis S. Francisci aut Dominici, vel Augustini aut Carmelitarum? Responsio erit.

## CONCLUSIO X.

Matrimonium ratum dissolvitur per Vota Religiosorum tertii Regulæ S. Francisci & S. Dominici, qui collegialiter vivunt sub regimine Prælati.

**T**ertiarum Fratres S. Francisci (inquit Rodriguez to. 3. 99. Reg. 4. 71. n. 1.) sunt in triplici differentia. Quibus enim illorum, & primi tempore, sunt illi, qui non faciunt tria vota solemnitas, Religionis, neque in congregatione vivunt, sed in propriis domibus, cum suis uxore & filiis aut familiis, prout alii per seculares, excepto, quod observant, quæ in Regula, per Nicol. 4. continentur. Alii Tertiarum sunt, qui faciunt prædicta tria vota in manibus sui Ministri, vel Ministræ, coram sua communitate, sed hi subdividuntur, quia Aliqui istorum, post emissionem votorum seu Professionem, prædicto modo factam, remanent & vivunt in communi. Reliqui vero, licet faciant Professionem in communitate, tamen postea non vivunt in communitate sui Ordinis; sed in aliquibus Eremiticis, vel Ecclesiis separatis à conventibus dicti Ordinis. Ita Eman.

Et verò Tertiarum primi generis non esse veros Religiosos, indubitatum est, & de hoc hic de ipsis non disputatur; sed tanquam per certum supponitur, per eorum vivendum seu institutum, licet fuerit per Papam approbatum, ut quidam modus bonè vivendi, nullatenus tamen dissolvi Matrimonium ratum.

De Tertiarum secundi generis Conclusionis nostra, etsi non de omnibus de illis tantum, qui faciunt tria vota solemnitas in manibus sui Ministri vel Ministræ, & vivunt collegialiter sub eorum regimine. Probatur autem; quia Sixtus 4. declaravit ea vota, emissa à Tertiarum S. Francisci, esse solemnitas, idemque declaravit Sixtus 3. de votis emissis à Tertiarum S. Dominici.

Declarationem Sixti 4. his verbis refert Rodriguez sup. Sixtus 4. statuit ac declarat, ut quod votum obedientiæ, paupertatis & castitatis, emissum à Tertiarum S. Francisci, habeat vim & validitatem voti solemnitas, ac consequenter inducat effectum, quem inducit votum solemnitas, factum cuicumque de Religiosis à Sede Apostolica approbatis. Ac districte præcipiente mandavit omnibus & singulis cuicumque gradus, dignitatis, Ordinis aut conditionis fore

rim, sub quorum cura vel jurisdictione præditi Tertiarii Fratres vel Sorores tunc debebant, aut in futurum degere contingeret, ne Fratres vel Sorores prænominatos, præfatum votum modo prædicto emittentes, Matrimonium contrahere, vel ante contractum consummare, aut Religionem ipsam dimittere, & ad secularem vitam redire permittant, decrevitque irritum; quidquid in contrarium actum fuerit. Ac ipsos Fratres & Sorores id facientes, excommunicationis sententia inmodatos fore.

Pauli 3.

Porro hanc constitutionem extendit Paulus 3. ad Tertiarios S. Dominici Bullâ: Exponi nobis: quam invenies apud Rodericum sup. a. 2. Ut proinde amplius non possit esse questio; an hæc vota dissolvant Matrimonium ratum, cum certum sit dissolvi per solemnem Professionem Religionis, si ve per solemnia vota emissa in Religione approbata; qualia sunt vota istorum Tertiariarum, ut patet ex d. Constitutionibus; quare etiam à nemine, hic effectus eis negatur.

556.

An Tertiaria D. Aug. sint vera Religiosa.

Sed nunquid par ratio de votis Tertiariarum Eremitarum D. Augustini, Carmelitarum & Minorum? Nam & hi Religiosi Ordines, habent suos Tertiarios, si non utriusque sexûs, saltem sexûs fœminei. Quod propterea addo: quia Rodriguez sup. art. 3. dicit, se non invenire in privilegiis Ordinum, apud Religionem Eremitarum D. Augustini, & Carmelitarum, esse utriusque sexûs Fratres tertii Ordinis; sed tantum quædam Sorores, sub quibusdam constitutionibus viventes; nec hæc sunt Religiosæ, cum non vivant sub aliqua Regula approbata, profitendo tria vota essentialia. Immo Leo. 10. in Bulla, quæ incipit: Nuper, in Concil. Lateran. a. Domini 1518. Pontificatus sui anno. 6. die 1. Martii declaravit, votum castitatis emissum à prædictis Sororibus esse simplex; & per consequens, ipsum votum emittentes non sunt verè Religiosæ. Hæc ille.

Negat Rodriguez, ex Bulla quadâ Leonis 10.

557.

Affirmat Pontius.

Oppositum docet Pontius lib. 9. cap. 8. n. 6. hinc verbis: Præterea dico: nostri Ordinis Mantellatas & Mantellatas (ita solent vocari Tertiarii) si non collegialiter vivant, sed in domibus propriis commorentur, sub arbitrio tamen & gubernatione Prælati (est enim duplex inter nos earum genus; quædam, quæ in commune degunt, aliæ, quæ in domibus propriis) omnes ergo illas dico, esse propriè & substantialiter Religiosas; & tam virorum, quam fœminarum Professionem, non minus solemnem esse, quam Fratrum atque Monialium nostri Ordinis. Hæc ille.

Probat esse utriusque sexûs fratres ex Paulo 2.

Ubi in primis supponit, apud Religionem Eremitarum D. Aug. esse utriusque sexûs Fratres tertii Ordinis, quod n. 4. probat,

dicens: Anno Domini 1470. Paulus 2. pridie Kal. Septemb. Pontificatus sui anno 6. id quod de Mantellatis fœminis concessum tantum fuerat, indulget etiam, ut ad viros extenderetur, & eisdem omnino potirentur, quibus Mantellatæ. Ita Basil: Et sanè fieri potuit, ut Rodericus illam extensionem, quæ concernit particularem Ordinem, non inveniret; invenire autem Pontius, qui fuit illius Ordinis.

Porro quòd tam Mantellati, quàm Mantellatæ, sint verè Religiosi, & Religiosæ, apertè (inquit Pontius) ni fallor, demonstrabo. Primò, ex Constitutione Bonifacii 8. qui 7. Idus Novemb. & Pontificatus anno 11. concessit, ut quascumque mulieres, si alias essent idoneæ, neque aliud obstarat Canonicum impedimentum, quæ habitum regularem prædicti Ordinis ad instar Mantellatarum, si ve Pinzochararum Ord. FF. Minorum ac Prædicatorum, habere voluerint & gestare, tam virgines & matronas, quàm viduas, in Mantellatas seu Pinzocharas dicti Ordinis Eremitarum recipere & admittere, ac earum singulis habitum regularem, & Regulam ejusdem Ordinis Fratrum Eremitarum ad instar hujusmodi Mantellatarum seu Pinzochararum Ordinum FF. Minorum & Prædicat. prout secundum Deum saluti animarum earumdem vilum fuerit salubrius expedire, valeat Prælati: illisque sic receptis, idem Pontifex concedit exemptionis privilegium, immunitates, libertates, indulgentias & alia privilegia Ordini Eremitarum concessa, & in posterum concedenda, eodem modo, quo Eremitis competunt, aut competere possunt.

Idem confirmavit postea Sixtus 5. inferis Bonifacii literis. Ubi etiam affirmat, idem Institutum confirmatum fuisse à Martino & Eugenio suis prædecessoribus; prout inter nostri Ordinis privilegia & literas continetur. Hæc ille.

Sed quis hoc negat? Ergo illarum Professio est solemnis: hæc Consequentia negatur. Undè probanda est.

Probat, inquis, quia Bonifac. vult eas institui juxta Mantellatas Ordinis Minorum & Prædicatorum, id est, quæ ab illis Tertiariæ vei de Pœnitentia nuncupantur. Illas autem solemnem Professionem emittentem sup. ex literis Pontificiis ostendimus, inquit Pontius sup. n. 6.

Cui adde (prosequitur) nostrum Ordinem in concessis, & concedendis, communicare cum omnibus aliis Ordinibus Mendicantibus; quare quod de illis, de nostris etiam dictum esse, censendum est.

Transeatur. Sed nunquid de illis dictum est, eorum Tertiarias, quæ non vivunt collegialiter sub regimine Superioris, emit-

558. Probat esse veros Religiosos ex Bonif. 8.

559. Et Sixtus 5. alii que Pœnitentibus.

560. Probatur eorum Professionem esse solemnem.

561. Vota Tertiariarum que

non vivunt collegialiter, non sunt solemnia, ex Bulla Pauli 3.

emittere vota solemnia? Minime, ut patet ex Bulla Pauli 3. sup. allegata, quæ sic incipit: Exponi nobis nuper fecisti, quod licet alias felicitis recordationis Sixtus Papa 4. Prædecessor noster, accepto per eum, quod quidam Fratres & Sorores tertii Ordinis S. Francisci, ex ejus vel Prædecessorum suorum Rom. Pontif. speciali concessione collegialiter vivunt, post annum probationis in manibus sui Ministri seu Ministræ, ab eorum collegio canonice electi vel electæ, coram toto suo collegio tria substantialia vota emittebant, & quod à Plerisque dubitatur, an talia vota essent solemnia, & Religiosis observantia obligarent, per suas literas decreverit & statuerit, vota præfata, ut præmittitur emissa, vel quæ in futurum emittentur, de cætero eam vim & efficaciam habere, quam solemnia vota habent &c.

Et infra: Nihilominus, quia literæ Prædecessoris hujusmodi vobis & Ordini vestro, prædictis, ac sub cura degentibus Sororibus tertii Ordinis seu tertie Regule S. Dominici collegialiter, ut præfertur, viventibus, qui tria vota hujusmodi emittere consueverunt, locum sibi vendicent &c.

562. Rejicitur probatio Pontii.

Vides Pontii, de quibus Tertiaris Sixtus & Paulus locuti fuerint? Nunquid de illis, qui non vivunt collegialiter? Cæcus esse debet, qui non videt oppositum. Quomodo ergo tu audes, illas Constitutiones extendere ad Mantellatos & Mantellatas; quæ vivunt non collegialiter, sed in propriis domibus? Nisi ergo aliam demonstrationem adduxeris, falleris omnino Pontii in hoc puncto, sicut & in aliis aliquando erras. Atque hæc de prima demonstratione.

Alia probatio ejusdem Auctoris ex Jul. 2.

Secundò (inquit Pontius) idem ostendo ex literis Julii 2. quarum sup. meminimus, in quibus Mantellatis communes esse vult exemptiones, immunitates, privilegia, indulgentias; corrigatis autem tantum indulgentias; quod signum est, Mantellatos tam viros, quam fœminas, non secus, ac alios duos nostri Ordinis gradus, Fratres scilicet & Moniales, Religiosos esse. Hæc ille.

563. Reprobatur? Hæc probatio non valet.

Sed nec hæc demonstratio quidquam valet; nisi Pontius ostendat, Julium 2. locutum fuisse de Mantellatis, qui non vivunt collegialiter sub regimine Superioris, à toto collegio canonice electi.

Deindè; quid vetat, Pontificem concedere easdem exemptiones, immunitates, privilegia, indulgentias, iis, qui non emittunt vota simplicia? Nonne Religiosi Societatis post biennium, gaudent eisdem exemptionibus &c. & tamen solum emittunt vota simplicia? Ausculta Pontificem Greg. 13. Bullâ: Quando fructuosius, 26. apud Rodr. Et licet eos, qui post biennium Novitiatûs emensum, dicta tria vota simpli-

cia, sicuti ab hac Sede probata sunt, emittentur & extra Novitiorum numerum habuit, ac corpus ipsius Societatis cooptati, illi quæ merito & privilegium, non sicuti, neque ipsi professi, ex prædictæ Sedis dispositione participes effecti &c. Ergo nec hæc demonstratio Pontii, sicut dixi, quidquam valet.

Profero tertiam, si forte ipsa sit melior. Præterea (inquit Basilius) quia cum Leo 10. in Concil. Lateranensi statueret, quod Mantellatæ & Pinzochezæ quorumlibet eligere valerent sepulturam, ubi voluissent, & quod die Paschæ tantum Eucharistiam nec non Extremam Unctionem, ceteraque Ecclesiastica Sacramenta, Penitentia Sacramento dumtaxat excepto, à proprio sacerdote recipere, & ad omnia, quæ hinc incumbunt, perferenda tenerent, & coram Judicibus secularibus comparerent, quæ omnia indicant, illas non esse Religiosas, postea, quia occasione illius Decretalis, quæ dubitationes ortæ fuerant, idem Leo 10. prædictum statutum motu proprio, & ex certa scientia, & potestate plenitudine decrevit & declaravit, minime intelligendum de facientibus votum castitatis; ita ut mulieres virginalem vitam, vel cælibem solemniter volentes, etiam in consanguineorum vel affinium suorum, vel in domibus propriis, aut seorsum habitantes, omnibus privilegiis, immunitatibus, favoribus, gratiis, indultis spiritualibus, & temporalibus, Ordini & Fratibus Eremitis S. Augustini concessis & concedendis &c. ex quibus manifestè constat, cum nostræ Mantellatæ, etiam in domibus propriis commorentur, Professionem emittant, earum Professionem esse solemnem. Ita Pontius.

Qui, si legisset Motum proprium Leonis 10. non dixisset: Mulieres virginalem vitam vel cælibem solemniter volentes, &c. sunt verba Pontificis Bullâ: In mentis arcana, 22. apud Cherubini, in Declar. d. Bullæ: Cum autem, sui accepimus, à quibusdam nimium cavere tur in dubium, an votum prædictum (nuptiarum, virginalem, seu cælibem, aut cænam vidualem, expresso voto, & sub cælibitu, vitam ducentium) de voto solemnæ Religionis intelligatur, cum illud tria (simpli- lia comprehendat, obedientiam (ceteræ, puritatem & castitatem, & circa dictas nuptiarum, virginalem seu castam vidualem votum deceret, de virginitate & castitate tantum mentio fiat.

Sequitur § 2. Nos ad tollendum votum cælibum, motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, & eorum serie decernimus & declaramus, quod in præmissis de voto solemnæ Religionis nuptiarum

B O N O SACRAMENTUM MATRIMONII

intelligi debeat, ita ut mulieres virginalem, aut  
calibem vitam simpliciter diventes, etiam in  
consanguineorum & affinium suorum, aut prop-  
riis domibus, vel seorsum habitantes, privi-  
legiis & immunitatibus prædictis in omnibus  
& per omnia frui & gaudere debeant. Datum  
Romæ sub annulo Piscatoris die 1. Martii  
1518. Pontif. nostri anno. 5.

566.

Ecce Basili, affirmat Pontifex, votum  
castitatis dictarum mulierum, minime esse  
solemne, & tamen concedit ipsis prædicta  
privilegia & immunitates; ergo ex illa con-  
cessione non bene inferitur, eas esse Religio-  
sas solemniter professas. Aliud quippe est  
concedere privilegia, aliud concedere, ut  
vota sint solemnia.

Quid so-  
quatur ex d.  
probationi-  
bus Consi.

Ad summum itaque ex demonstrationi-  
bus Pontii sequeretur; quod Tertiariæ Ere-  
mitarum S. Aug. quæ collegialiter vivunt  
sub regimine Superioris, ab ipso Collegio  
canonicè electæ, emittant vota solemnia,  
quæ dissolvant Matrimonium ratum, & di-  
rimant Matrimonium subsequens, cum  
aliud non sit concessum Tertiariis S. Fran-  
cisci, & S. Dominici.

567.  
Incertum an  
vota Tertiar.  
votum S. Aug.  
dirimant  
Matrim.

Sed nunquid id sequitur? Rodriguez  
sup. art. 3. putat, esse rem incertam. Licet  
(inquit ille in fine art.) Leo 16. Tertiariis  
præfatis (Eremitarum D. Aug. Carmelita-  
rum, & Minorum) concedat omnia pri-  
vilegia, concessa Tertiariis Ordinis Mino-  
rum & Prædicatorum, ut patet ex ejus Bre-  
vi, incipiente: *Ea quæ à Prædecessoribus no-  
stris*; non tamen concedit ipsis, ut tria vota  
essentialia emittant, sicut concessum est  
Franciscanis & Dominicanis Tertiariis; &  
licet ipsis ita esset per Sixtum 4. & alios  
summos Pontifices indultum, adhuc non est  
certum, esse verè Religiosos; sed oportet, ut  
claram de hoc à Sede Apostolica concessio-  
nem obtinerent, sicut obtinuerunt Patres  
Dominicani à Paulo 3. Hæc ille.

probatio.

Et reverà, si res non fuisset dubia, quid  
opus erat, ut Patres Dominicani supplica-  
rent Paulo 3. pro simili declaratione seu  
constitutione? Nonne in ipsa Bulla Pauli 3.  
dicitur, ut sup. audivimus: *Nihilominus  
quia litteræ Prædecessoris hujusmodi (Sixti 4.)  
specialiter communitate non reperiuntur, à  
nonnullis hæsitatur &c.* Consultarem ergo re-  
liquis Ordinibus Mendicantibus, ut & ipsi,  
ad evitandum omne dubium, particularem  
à Sede Apostolica concessionem postularent  
& obtinerent.

568.

Itaque contro-  
versia.

Itaque, ut finem imponamus huic con-  
troversia, extra dubium est, Matrimonium  
ratum dissolvi per vota Tertiariarum &  
Tertiariarum S. Francisci, & S. Dominici,  
viventium collegialiter, emissâ post annum  
probationis in manibus sui Ministri seu  
Ministræ, ab eorum Collegio canonicè ele-

cti vel electæ, coram toto suo Collegio. Du-  
bium autem est & incertum, an eundem ef-  
fectum habeant vota Tertiariarum & Ter-  
tariarum Eremitarum S. August. Carmeli-  
tarum, & Minorum, saltem si non vivant  
collegialiter.

Rogas, quid dicendum de Ordinibus Mi-  
litaribus? Respondeo (inquit Rodriguez  
to. 1. qq. Regul. q. 1. a. 6.) quod profiten-  
tes Regulari D. Joannis, qui Commenda-  
tores de Malta nuncupantur, non dubium  
est, quod omnes, etiam milites seculares, sint  
verè Religiosi, gaudereque privilegio Can-  
onis & fori, & etiam per eorum Professio-  
nem dirimi Matrimonium ratum, non con-  
summatum, & alia, quæ ad verè Religio-  
sos pertinent, ad ipsos etiam pertinere.

Hanc opinionem tenent Corduba, Na-  
var. & Arag. Et hanc opinionem docet So-  
tus in lib. 7. de Just. & jure q. 5. art. 3. ver-  
f. *Ex his ergo militum.* Verum tamen est, quod  
in 4. dist. 27. q. 1. art. 4. versic. *Quocirca*,  
dicit, quod non audeat affirmare, dirimi  
Matrimonium ratum per ingressum Reli-  
gionis S. Joannis, si sermo fiat de militibus  
secularibus hujus Ordinis, quem sequitur  
Sarmiento. Hæc ille.

Sotus autem sic ait loco citato: Si mea  
modò sit audienda opinio, per ingressum  
Religionis D. Joannis (loquor de militibus)  
affirmare non audeam, dirimi Matrimo-  
nium ratum, aut posse conjugatum, in vita  
uxore, illam Religionem profiteri, ut de  
Sacerdotio dictum est. Sed quæ ratio? Eam  
continud subjungit, dicens: Nam etsi cum  
illis hætenus super nuptiis dispensatum non  
fuerit; arbitror tamen, sub aliorum censura,  
posse cum illis, salvâ eorum Religione, sicut  
cum ceteris dispensari, licet non esset ita  
honestum & condecens. Ita Sotus.

Ast non placet Roderico, qui to. 3. qq.  
Regular. q. 1. a. 7. quærit: an per Professio-  
nem, in Religionibus militaribus emissam,  
solvatur Matrimonium ratum? Et respon-  
det, dicendo: quod, loquendo de Clericis  
professis in Religionibus militaribus, non est  
dubitandum, ipsos esse verè & propriè pro-  
fessos; & ided (inquit) omnia jura, quæ  
loquuntur de Regularibus, licet non com-  
prehendant Milites sive Equites commen-  
datarios; comprehendunt tamen ipsos Cle-  
ricos professos, crucem portantes, atque ided,  
quando Alex. 6. in Bulla Confirmationis,  
quæ habetur in Regula S. Jacobi, decrevit,  
ut imponentes manus violentas in Fratres  
& Sorores Ordinis S. Jacobi, incidant in pec-  
nam Canonis: *Si quis suadente*, aliqui viri  
docti intelligunt hoc procedere de ipsis Cle-  
ricis & Monialibus, quia utrique sunt verè  
Religiosi, & non de Commendatariis, qui  
H h h h h fallun-

569.  
Professio Mi-  
litiar. S. Joan-  
nis dissolvit  
Matrim. ratum  
secundum  
Rodr. Cord.  
Navar. &  
Arag.

570.  
Sotus non  
audet id af-  
firmare.

571.  
Rodrig. do-  
cet per Pro-  
fessionem  
Clericorum  
in Religio-  
nibus Militi-  
aribus  
dissolvi Ma-  
trim. ratum.

falluntur, ut conitat ex Bulla Alex. 3. confirmatoria hujus sacrae Religionis.

572.

Undè ad quaestionem propositam redeuntes, dico, quod Professio Clericorum hujus Ordinis dirimit sine dubio Matrimonium ratum, & non consummatum, cum per Professionem in Religione approbata dirimatur. At utrum per Professionem militum in Religione S. Joannis Baptistae, dirimatur Matrimonium ratum, inter DD. maximè ventilatur, adèd, quòd licet doctissimus Soto, olim dixerit, esse veros Religiosos; tamen idem Auctor alibi asseruit, non esse inter veros Religiosos commemorandos; & propterea per ingressum, & Professionem hujus Ordinis, non dissolvi Matrimonium ratum, non consummatum: quam opinionem ego minimè tenere auderem; licet enim Papa cum ipsis possit dispensare, ut habeant uxores, sicut de facto dispensavit, cum Professoribus in aliis Militiis; hæc tamen cum his non dispensavit, & sic hi promittunt solemniter obedientiam, paupertatem, & absolutè castitatem, & non castitatem conjugalem, quam aliorum Ordinum militarium Equites profitentur. Ita tenet Navar. de Reddit. Eccl. q. 1. Monito 55. & per consequens earum Professio dirimit Matrimonium ratum, non consummatum, ut tenet Corduba de Cas. consci. q. 184.

Navar.

Corduba.

573.

Secus Militum Ordini D. Jacobi Alcantaræ &c.

De cæteris autem Militibus Ordinum D. Jacobi, Alcantaræ, & Calatravæ, nullo modo potest dubitari, eorum Professionem non dirimere Matrimonium ratum; cum non promittant castitatem absolutè, sed castitatem conjugalem; quod nihil aliud est, quàm quòd non debent cognoscere alias feminas, præter suas proprias, & legitimas uxores. Et quòd eorum Professio non dirimat Matrimonium ratum, tenet Aragon, Ovando, Pet. de Ledesma & Henriquez. Hactenus Rodericus.

Aragon. Ovando. Pet. de Ledesma. Henriquez.

Quid doceant Sanchez & Pontius.

Idem omninò docet Sanchez sup. n. 7. & 8. Et Basil. Pontius sup. cap. 7. n. 3. & 4. sic ait: Quod attinet ad Melitenses, non dubito eorum votis dirimi Matrimonium ratum, nondum consummatum, sive de Equitibus, sive de his, qui Clero deputantur, etiam ante sacri Ordinis susceptionem, sermo sit. Est enim eorum votum castitatis solemnè, ut jam declaravit Congreg. Card. quàmvis cum aliquibus dispensaverit Pontifex, ut nubant. Nec mirum, cum in voto solemnè dispensare posse Pontificem, jam statuerimus sup. lib. 7. cap. 10.

574.

Votum solius castitatis conjugalis non dirimit.

Præterea, sine dubio asserendum est, votis Religiosorum Militum Calatravæ & Alcantaræ, quibus tantum promittitur castitas conjugalis, non dirimi: nam antea contractum Matrimonium stare potest

cum ea Religionis Professione. Quare quicumque eos duos Ordines profertur, sive viri, sive feminae sint, sitantem votum castitatis conjugalis emittant, non possunt suâ Professione liberari à vinculo Matrimonii rati, non consummati. Neque de hoc ulla potest esse dissentio, etiam verè & propriè Religiosi sint, ut apud me certissimum est. Nam literæ Pontificæ plerèdocent, antea conjugatos ad Religionem admitti posse, postquam cum illis dispensatum est in voto castitatis. Hæc ille.

Et meritò; quia cum illa Professio non solum stat Matrimonium antea contractum; sed etiam ulus Matrimonii, antea contracti; quâ ergo ratione illa Professio dirimeret hoc Matrimonium, cum, ubi contractum non foret, etiam post Professionem posset contrahi?

Addit Pontius n. 5. *Ordinis, voti de Religiosorum Militum Ordinis Calatravæ de D. Jacobi Alcantaræ, quando nuberet non potest ex illius sui Ordinis speciali instituto, etiam non dirimi Matrimonium ratum, non consummatum. Nam licet demus, illa vota habere simplicia, cum verè & propriè Religiosi non Status votis simplicibus constituantur, ex definitione Greg. 13. ut jam probavi sup. lib. 7. & ex consequenti, illi verè & substantialiter Religiosi essent, planè reliquitur, illi statui Religioso, cum castitate absoluta, etiam concessum privilegio Divino, ut dirimat Matrimonium ratum, non consummatum. Neque in eo asserendo ulla major difficultas est, quàm in eo, quod de votis Societatis asserimus. Quod idem majori ratione de eorum Ordinum feminais & Clericis dicendum, cum ab initio cum castitate absoluta instituti sint, nec quâvis illos ulla ex parte immutata sit confirmatio Pontificum quoad votum castitatis sit ille.*

Nos autem oppositum existimanturò probabilius; consequenter etiam, quod diximus de votis simplicibus Societatis, propter rationes, præcedenti Concilio ductas; & amplius, quia non constabat vota simplicia habuisse effectum dirimendi Matrimonium subséquens, quem constabat jam habere vota simplicia Societatis.

Sed nunquid quæ horum Militum, eodem est dispositio seu ratio Militum S. Joannis Baptistae? Respondeo (inquit Pontius sup. lib. 7. cap. 10. sub quadam conditione: Si qui eum Ordinem profertur, sive Equites, sive feminae, eum profertur ex confirmatione Alex. 3. quæ in stabilimentis ejusdem Ordinis initio præmittitur, & non ex alio Pontificis, quibus ea forma votorum, sub qua eum Ordinem confirmaverat Alex. 3. immutata aliqua ex parte sit, inquam

rantum ex ea confirmatione, & juxta illam eum Ordinem profitentur.

Dico primum, illos quidem verè & propriè esse Religiosos, tam viros, quam feminas, ad eò, ut qui votum de suscipienda Religione emisit, satis illud adimpleat, si eum Ordinem sive vir, sive femina suscipiat, nisi fortè aliud in mente habuerit, quando vovit; cum ad substantialiter Statum Religiosum constituendum nulla requiratur in votis solemnitas. Eosque esse verè & substantialiter Religiosos, ad eò certum existimo, ut oppositum judicem nimis licentiosè dictum, ne dicam gravius; cum pleno ore literè Pontificiæ illos appellent Religiosos, & etiam cum castitate conjugali vera Religio constare possit, eò quòd sicut in paupertate latitudo est, ita etiam in castitate, quæ est materia voti. Ita Basil.

Jacobi promittunt paupertatem, ordinatam ad istum finem, prout in constitutionibus ipsius Ordinis declaratur. Hæc ille.

Et aliquibus interpositis, sic finit istum articulum: Denique hi omnes Milites verè Religiosi sunt militares, obedientiam, paupertatem, & castitatem promittentes in ordine ad militiam, cujus Professores existunt. Et sic quando D. Tho. dixit, quòd cum usu Matrimoniali non esset simpliciter & absolutè Religio, verum quidem dicit: & sic nos non vocamus Religionem militares, simplices Religiones, sed Religionem militares; & in hoc allucinati sunt Theologi, non potentes intelligere, quomodo illa dicatur vera Religio, ubi ejus Professores uxores habere minime prohibentur, non considerantes, quòd vera & absoluta Religio minime cum uxori bus compati possit. At Religio, cum additamento, *Militaris*, cum uxorum usu compati potest, prout auctoritate Apostolicè ordinatum est, & in quantum talis, vera Religio est.

Sicut in simili tali casu sunt allucinati peritissimi Theologi, non potentes percipere, quomodo, secundum Scotum, peccator possit de congruo mereri primam gratiam, cum secundum fidem, prima gratia non cadat sub merito: non considerantes, quòd Scotus non dicit, peccatorem posse mereri primam gratiam absolutè, sed posse eam mereri cum addimento, *De congruo*; quod non est meritum absolutè, sed meritum de congruo, & in quantum tale, bene meritum est. Denique non potest negari hæc veritas, attentis Bullis Summorum Pontificum, præcipuè quadam Alex. Papæ, quæ incipit: *Dei venerabilibus Fratribus*, quæ habetur authentica in Conventu de Ucles Ordinis militaris D. Jacobi. Hucusque Rodericus.

Igitur, ut ad propositum nostrum revertamur, si quis emisisset votum de suscipienda Religione, sine additamento, *Militari*, meo judicio, non satis adimplet illud, si Ordinem militare suscipiat, quia hic Ordo, secundum jam dicta, non est simpliciter & absolutè Religio, sed solum cum additamento, *Militaris*.

Si autem aliquis interroget: an vota Equitum D. Jacobi sint solemnia? Respondet Pontius sup. n. 7. tantum esse simplicia, De voto paupertatis id constat; quia jam Constitutione Innoc. 8. Pauli 3. & Greg. 13. testari possunt, certis quibusdam limitationibus, quæ præscribuntur in stabilitatis Ordinis tit. 5. cap. 4. & 5. dominumque suorum bonorum à principio retinuerunt, cum filiis sua patrimonialia & legiti-

H h h h h 2 giti-

579. Quomodo D. Tho. dicitur quòd Religio non fit cum usu Matrimoniali.

580. Quomodo peccator possit mereri primam gratiam. Scotus.

Votum Religionis simpliciter non adimpletur in Religione militari.

581. An vota Equitum S. Jacobi sint solemnia? Negat Pontius.

577. Alii oppositum docent.

578. Rodericus ait esse veros Religiosos militares.

Ordines illi vocantur à Pontificibus Ordinibus Militariis.

giti<sup>m</sup>æ portiones intactæ remanerent, ut constat ex Equitum Regula cap. 13. in fine, ubi militum filiis, si Religionem patris sectari nolunt, quæ eorum sunt, concedi liberè præcipitur. Hæc ille.

**582.** Sed oppositum docet Navarr. in cap. *Sententia Navarræ, quod non habere dominium.* *Non dicatis*, n. 56. & alibi: scilicet Commendatarios conjugatos, etiam prout hodie vivunt, & profitentur, non habere dominium rerum, etiam patrimonialium, aut earum, quas suâ industriâ acquirunt; sed pertinere ad suas militares Religiones, quarum sunt Commendatarii professi.

Hinc ulterius affirmat; secluso privilegio, licet inter liberos distribuere possint portionem legitimam, quæ illis contingit, modò ea bona acquisita fuerint ante Professionem; non tamen posse, juxta quandam Authenticam: *Si qua mulier*, C. de Sacrosanct. Eccles. distribuere inter liberos ea bona, quæ post Professionem pertinere ad eos cœperint; ac proinde neque de illis instituere Majoratum, aut testari.

**583.** Cujus gravissimi viri (inquit Rodericus to. 3. qq. Regul. q. 69. a. 7.) præcipuum argumentum est, quòd dicti Commendatarii sunt verè Religiosi, ac proinde incapaces domini alicujus rei; refertque Constitutionem quamdam Pii 5. quâ Commendatariis omnibus aufertur potestas testandi, per privilegia facultatesque alias concessa. Quare vult eos hodie, etiam si liberos habeant, non aliter testari posse, neque alia bona eis posse relinquere, quàm alii Religiosi.

Hanc opinionem (prosequitur idem Autor) dicit P. Molina Societatis Jesu esse rigidam admodum & improbabilem, ut bene alter Molina annotavit. Ait enim, quòd ita sunt Religiosi, ut tamen perfectè & integrè non sint tales, cum & castitatis votum quidam eorum omninò habeant dispensatum; nempe Commendatarii Christi in regno Lusitano, qui neque conjugalem castitatem vovent. Cæteri verò magna ex parte, eò quòd solam vovent castitatem conjugalem; similiter paupertatem, & obedientiam, totamque Regulam ita habent dispensatam, ut conjugatis, degentibus in seculo, extra Monasterii claustra, alentibus liberos, splendidamque, prout decet, familiam, accommodata sint. Contrariumque eò ipso, quòd hæc omnia illis permittuntur, esse omninò irrationabile, moraliterque servatu impossibile.

**584.** Nec verò ita cum Commendatariis, qui hodie vivunt, est in voto castitatis, & cæteris dispensatum, quasi priùs se astrinxerint ad integram castitatem, paupertatem & obedientiam, qualem, qui erant à principio institutionis hujusmodi Ordinum,

profitebantur, & per dispensationem licentiam quæ illis aliis, tunc non licebant; sed quæ concessum est hujusmodi Ordinibus non aliam castitatem, paupertatem & obedientiam in eis profiteri, quàm consuetam hodie ad eisdem servari.

Et quamvis quoad obedientiam, & paupertatem, forma Professionis nonnullorum horum Ordinum, aliquid plus præ se ferat, quàm à multis annis servetur; non plus tamen à Superioribus hodie exigitur, quàm quod servari est consuetum, utique si consuetudo tot annorum, obstinè prescripseritque videtur, ut non aliter illa obligent, promittive intelligantur, quàm consuetudine à tot annis servari consueverunt, præsertim cum multorum, aut ferè omnium, nequaquam profiterentur, si ad vitam rationem, quàm hodie servari consuetam, tenerentur; maxime illi, qui habitum ob habitum, honoremque, cum exiguâ admodum, aut nulla pensione, à Rege vendenda, profitentur. Itaque hodie Commendatarii & Habitibus, præmia Militum efficiunt, cum admodum parvo Religiosis onerantur.

Et sic arbitrat P. Molina, quòd Commendatarii, de quibus est sermo, dominium habent bonorum patrimonialium; nec non eorum, quæ sua industria acquirunt; quæ & fructuum Commendatarum, eò ipso, quòd eos percipiunt, possessionemque eorum acquirunt; posseque de his omnibus, non secus testari, instituereque Majoratus, ac cæteri seculares, ut privilegis, consuetudineque antiqua à multis annis facere consueverunt.

Confirmarique hoc potest praxi Regni Lusitani; quoniam à multis annis non gaudent privilegio fori quoad hæc omnia, nisi dominium eorum ad ipsos, non verò Monasterium pertineat; eaque de causis ponderare coguntur apud judicem fori. Usquead huc Rodriguez.

Quid ergo ad Constitutionem Pii 5. Respondet Molina; non esse intelligendam de his Commendatariis conjugatis, de quibus loquimur, qui, prout postea de eorum status, antiqua consuetudine dominium habent suorum bonorum, potestatem omninò testandi.

Immo addit, quòd fortè Summus Pontifex non posset ab eis auferre potestatem testandi de rebus patrimonialibus, & sua industria acquisitis; cum nunquam sua Professione intenderint abdicare à se dominium bonorum, & transferre illud in Monasterium; idque habeat usus & consuetudo, neque pro emolumento habitus, pensionis, aut Commendæ, id efficiant.

Intelligendum igitur erit in Commendatariis D. Joannis, & in aliis aliorum Regni

B. O. S. C. Sacramentum patris Militum

norum, tam virorum, quam mulierum, de quibus constat, eos dominos non esse suorum bonorum, vique suae Professionis testari non posse, secluso privilegio Sedis Apostolicae: & ait Molina usque in hanc diem receptam non esse in Hispaniis praedictam Constitutionem, praesertim quoad Commendatarios, de quibus loquimur, cum omnes absque ullo scrupulo testentur, ut ante testabantur.

587.

Alia responsio ad d. Constitutionem ex Rodr.

Respondetur deinde (inquit Rodericus sup.) quod Pius 5. non revocat simpliciter potestatem testandi; sed eam tantum, quae dimanabat à privilegiis Apostolicis; quare facultas testandi, quam praedicti Milites habent ex consuetudine, & ratione suarum Constitutionum, non fuit à Pio 5. ablata, ut constat ex praefata Constitutione. Quare sicut Magister Ordinis potest dispensare in aliis observantiis regularibus cum Commendatariis; ita in factione testamenti; sed pro majori conscientiae puritate impetratum est à Greg. 13. ut praedicti Milites secundum privilegia Apostolica, & consuetudinem antiquam, possint testari, non obstante dicta Pii 5. Constitutione. Haec ille. Illicò subnectens Bullam Greg. 13. Et haec tenus quidem de paupertate, reverà satis exigua pro voto solemni.

588.

Ostenditur votum castitatis non esse solemne, ex Trident.

Sed quid dicemus de voto castitatis? Nihil manifestè patet, non esse solemne; cum, ut supponitur, solum sit votum castitatis conjugalis, quod constat nullatenus dicere Matrimonium contrahendum; & tamen Trident. sess. 24. de Matr. can. 9. definit: Regulares castitatem solemniter professos, invalidè contrahere Matrimonium: Si quis dixerit ..... Regulares, castitatem solemniter professos, posse Matrimonium contrahere, contractumque validum esse... anathematis. Igitur illi Equites, qui possunt Matrimonium contrahere licitè & validè, non sunt Regulares, castitatem solemniter professi. Imò, tamen solum validè possent contrahere; sicut contingeret, si quis sua sponte castitatem absolutam novisset.

589.

Quid si aliqui sponte sua vovent professam, Pontius.

Appositè Pontius sup. n. 13. Nisi aliae (inquit) emanarint literae Pontificiae, quae me latent, quibus innovetur ea confirmatio, Alex. 3. in voto castitatis, quantumvis aliqui ejus Ordinis (S. Jacobi) sive sua sponte, vel ordinatione ejus, qui facultatem non habeat, castitatem absolutam vovent, vote tantum tenentur simplici; nec nisi ad castitatem conjugalem admittere Praelatus potest, cum non alia sit forma votendi à Pontifice praescripta; caret enim in eo casu Praelatus facultate acceptandi, quae emittuntur vota. Nisi forsitan, contraria consuetudine, vota de simplicibus, facta essent solemnia: nam posse solemniter induci

consuetudine, non dubito. Ea autem consuetudo praesumi non potest, cum animus ac verba profitentium indicant, se profiteri juxta antiquam Ordinis confirmationem.

Ex quo inferes (prosequitur idem Autor n. 14.) quid dicendum sit ad eum casum, qui ex me quaesitus aliquando. Quidam Ordinis S. Jacobi Miles, cum Professionem emisit, castitatem absolutam vovit; nubit postea, filios suscepit, decessit, quaesitio mota est à consanguineis, ejus rei consociis, contra filios, an essent legitimi & exhaereditandi; eò quod illegitimi viderentur, propter votum castitatis, absolutè emissum à patre.

Respondi: validum Matrimonium fuisse; quia vel votum id nullius roboris fuit; sed tantum admitti potuit à Praelato, ut votum castitatis conjugalis, cum non sub alia forma, approbata sit ea Religio à Pontifice quoad laicos: vel tantum fuit votum simplex castitatis, atque adeò impediens tantum, non dirimens Matrimonium. Idem etiam dicendum esset, si modo Magister Ordinis, de consensu Capituli, mutaret votum castitatis conjugalis suorum Equitum, in absolutum; si id non fieret approbante aut confirmante Pontifice; neque enim ad eam commutationem Magister potestatem habet. Haec tenus Pontius de voto castitatis dictorum Equitum.

Restat votum obedientiae, quod & ipsum non est solemne, juxta eundem Authorem sup. n. 16. Nam, inquit, in Magistro residet facultas, liberos dimittendi ab obligatione votorum cum placuerit. Idque colligo ex illis verbis Alex. in Bulla confirmationis: Statuimus quoque, ut nullus fratrum, sive Sororum, post susceptionem Ordinis vestri, & promissam obedientiam, redire ad seculum audeat, sine Magistri licentia.

Et quamvis aliquis suspicari posset, per Greg. 9. qui Alex. 3. subsecutus est, sublata universè Praelatis omnibus Religiosorum facultatem, liberos dimittendi subditos: attamen quod attinet ad Magistrum Ordinis S. Jacobi, eam facultatem sublata non esse constat; quia eadem Bulla Alex. 3. nullo penitus immutato, confirmata est à multis Pontificibus, quorum plures Greg. 9. secuti sunt. Igitur cum Milites plerumque in suis domibus degerent, ut constat ex antiqua Regula, illo verbo, Redeundi ad seculum, nequit intelligi vita privata, & in privata domo; sed dimisso habitu, liberum esse votorum obligatione, sive redire ad saecularem vitam. Haec ille.

Ex quibus omnibus inferit n. 7. votis Equitum Ordinis S. Jacobi non dirimi Matrimonium ratum, nondum consummatum, ut de aliis Militibus sup. dictum fuit.

H h h h h 3

Et,

590.

Matrimonium post contractum fore validum juxta Pontium.

591.

Ostenditur ex Pontio votum obedientiae à Militibus non esse solemne.

592.

Concluditur, per eorum Professionem

non dirimi Matr. rati.

Et idem, inquit, dicendum de votis Sororum, si illæ profiteantur juxta confirmationem Alexand. 3.

Aliter judicandum de Clericis S. Jacobi, ex Pontio.

Nunquid & idem judicium de Clericis Ord. S. Jacobi? Aliter judicandum est, inquit Pontius sup. n. 18. Cum enim hi Clerici ante institutionem Ordinis S. Jacobi, Canonici Regulares essent S. Aug. in Monasterio de Logo, assumpti sunt à Militibus, ut ipsis Sacramenta ministrarent, & spirituali doctrina erudirent; ut patet ex Regula, & ex confirmatione. Quare quàmvis Alexander 3. etiam eos Canonicos sub Magistri regimine vivere deinceps voluerit, tamen antiqua eorum vota & Professionem non mutavit.

593. Prælati eorum mutatus est, non vivendi forma.

Prælati itaque mutatus est, non vivendi, neque vivendi forma. Cùmque illi antea, sicut Canonici Regulares castitatem absolutam voverent, & generali lege Innoc. 2. cap. Ut lex, 27. q. 1. inhabiles effecti sint Canonici Regulares expressè, unà cum Monachis, & in sacris Ordinibus constitutis; planè videtur sequi, eorum votis & nunc, & ab initio Matrimonium, antea contractum, dirimi, & à tempore Innoc. 2. contrahendum etiam & impediri, & dirimi: efficiturque præterea, castitatis votum in illis, etiam ante sacrorum Ordinum susceptionem, esse solemne. Licet in paupertatis voto de solemnitate aliquid imminutum sit, cùm testabiles sint de licentia Prælati, & non aliàs.

594. Prælati non potest eos dimittere liberos.

Nec verò ad Clericos extendenda facultas Magistri, liberos dimittendi ab obligatione votorum; neque id colligi potest ex confirmatione Alex. 3. Non est autem mirum, in una eademque Professione, quædam vota emitti solemnia, quædam minus solemnia, aut etiam simplicia. Cùm enim solemnitas ex Pontificis auctoritate pendeat, magnam in ea varietatem pro suo libito potest constituit. Hucusque Pontius.

Eorum Professio est solemnitas. Sanchez, Sotus.

Quæ omnia non liber hic expendere; sufficit ad nostrum propositum, quòd eorum Professio sit solemnitas, ut cum omnibus docet Sanchez lib. 2. disp. 18. n. 7. dicens: Quarto infertur: dirimi (Matrimonium ratum) per Monialium & Clericorum Ordinum militarium sub clausura viventium, Professionem, quia solemnitas est. Et in hoc conveniunt Omnes, & Sotus 4. disp. 27. q. 1. a. 4. vers. Hinc fit neutrum.

595. An Matr. ratum dissolvatur, utroque conjugis professione.

Sed quid, si vir fieret Clericus, & mulier Monialis; censentur Matrimonium eorum ratum, non consummatum, fore quoad vinculum dissolutum? Nec inutilis hæc quæstio, ut bene notat Sanchez sup. disp. 20. n. 1. Nam, inquit, si dicamus vinculum Matrimonii non dirimi, si alter post Professionem fornicetur, adulter erit: & dispensante

Pontifice in Professione, non poterit aliud inire Matrimonium, nisi simul Pontifex dispenseret in Matrimonio rato: contrarium autem in utroque eventu dicendum est, si vinculum illud dissolvatur.

Quid ergo respondendum, inquit, ad hanc quæstionem? D. Thom. 4. dist. 27. q. 1. a. 3. q. 3. ad primum, ait: Quando uterque pari voto continentiam voverit, tunc neuter conjugali vinculo abrenuntiat, & ideo adhuc manet: sed quando unus tantum voverit, tunc quantum est in se, abrenuntiat vinculo conjugali, & ideo alter ab solvitur a vinculo illo. Hoc est probabile.

Sed multò probabilius est (inquit Sanchez sup. n. 3.) dissolvi vinculum, quia hæc dissolutio non provenit ex pari propostæ abrenuntiatione; non enim solummodo utriusque conjugis renuntiatione, sed unus: sed hoc oritur ex Clericis perinde, qui hoc Professioni concessit, ut quòd mors spiritualis, & statim peribit in quærationes æquè procedunt, live uterque, live alter profiteatur. Et ita hanc sententiam dicit communiorum esse, & in eam magis inclinat Ledesma 2. part. 4. q. 63. a. 3. fol. 517. n. 1. & dicit esse probabiliorum Henriquez lib. 11. de Matr. cap. 8. n. 6. in Comment. lit. D. Ita Sanchez.

Ex quo infern. 4. non audiendum esse Paludanum 4. dist. 27. q. 3. a. 2. Conclus. 2. n. 4. qui dicit, non dirimi Matrimonium, quando communi consensu alter profiteatur; alter autem in saculo continentiam voverit; quia ambo sunt conformes in proposito. Sed hæc sententia nullo modo est tutata, quia textus allegati disp. 18. n. 3. absolute decidunt vinculum Matrimonii ratum dirimi per alterius Professionem. Hæc illi.

Et Suarius to. 3. de Relig. lib. 9. cap. n. 16. sic ait: Paludanus nullo jure suam sententiam probat, & ideo non in hujusmodi casu solvatur, nec omnino pendet. Quapropter certius verius esse, dissolvi hoc vinculum, quætienscumque alter conjugum profectus, etiam si alter emittat votum simpliciter tatis, vel etiam profiteatur ex consensu & mutua conventione.

Probat: quia jura absolute dicunt, Matrimonium ratum dissolvi per subsecutivam Professionem in Religione approbatam; ergo multò magis dissolvitur per Professiones; quia non se impediunt, sed potius censeri possunt, quasi due cause votales, & singule sufficientes ad illum effectum. Quod si ex altera parte votum sit simplex, quàmvis propriè non cooperetur ad illum effectum, magis tamen juvat, quàm impedit; quia tollit resistantiam, si quæ esset potest

B. O. S. C. C. Sacramentum Matrimonii pars V. LIB. II.

ex parte conjugis. Item, nullum jus resistit in eo casu dissolutioni talis Matrimonii; ergo votum alterius conjugis resistit. Nam quod sunt conformes in proposito castitatis, potius confert, ut facilius vinculum dissolvatur. Ita ille.

Si objicias: fortasse impedire intentionem voverunt; nam dum ita inter se conveniunt, virtualiter videntur nolle vinculum dissolvere.

Respondet Suarez suprà hoc in primis gratis dicitur; nam potius videntur velle separari, quantum possunt; vel, quod frequentius fortasse accidat, nihil de hoc cogitant. Deinde, est cogitent, & formaliter etiam velint, ut Matrimonium non solvatur, nihil obstat existimo, quod minus solvatur; quia supposita Professione alicujus, non pendet dissolutio ex eorum voluntate; sed ex jure, cui ipsi non possunt resistere, quia absolutum est, & non conditionatum. Ita hic Auctor.

600. *Occurritur alteri objectioni.*  
Nec est inconveniens (inquit n. 17.) quod possit transire ad 2. nuptias, qui per suam Professionem prius Matrimonium rupit, interveniente legitima dispensatione; quia hæc rarissime conceditur. Et eadem ratione non est inconveniens, quod inter easdem personas possit duplex Matrimonium ratum successivè fieri, quando intervenit alterius, vel utriusque civilis mors per Professionem, & postea veluti resuscitatio quædam per dispensationem; sicut interveniente naturali morte dissolvitur Matrimonium, etiam consummatum; si autem suscitarentur mortui, possent iterum inter se contrahere, non autem inter se copulari sine novo contractu. Hæc ille.

601. *Secundum fundamentum sententia D. Tho. utputa: textus omnes, decedentes, Matrimonium ratum dissolvi per Professionem, expressè loquuntur, quando alter sponsus Religionem proficitur. Sufficiat Trident. sess. 24. de Matr. can. 6. Si quis dixerit, Matrimonium ratum, non consummatum, per solemnem Religionis Professionem alterius conjugum non dirimitur, anathema sit. Ergo non dirimitur per solemnem Professionem utriusque conjugis.*  
Respondet neg. Consequentiam. Imò potius inferri deberet: ergo dirimitur per solemnem Religionis Professionem utriusque conjugis; quandoquidem, ut sup. bene advertit Suarez, illæ Professiones se non impediunt; sed potius censerī debeant quasi duæ causæ totales, & singulæ sufficientes ad illum effectum.

Et hinc Trident. dicit: *Alterius conjugum*, non ut significet, Professionem utriusque conjugis non sufficere; verum ut

ostendat, neutquam requiri Professionem utriusque; sed Professionem, etiam unius tantum dirimere, invito quoque altero conjugè.

Nec mirum; quod alii textus expressè loquantur, quando alter sponsus Religionem proficitur; quia loquuntur in casu particulari, in quo alter tantum sponsus à contractu resilire volebat. Unde si casus fuisset propositus, in quo uterque sponsus ex communi consensu volebat resilire, & intrare Religionem, non dubito quin idem decidissent.

Deinde: vel unus proficitur ante alterum, ut communiter natum est fieri, & jam ante Professionem secundi, Matrimonium ratum est dissolutum per Professionem alterius conjugis; nec potest convalescere per Professionem subsequentem, ut clarum est. Vel ambo simul eodem momento temporis verba Professionis absolvunt, & est casus moraliter impossibilis, aut certè rarissimè contingens, ad quem jura non solent respicere, & ideo expressè de illo non loquuntur; quamvis eadem utriusque sit ratio, scilicet favor Status Religionis: nam in gratiam & honorem solemnis Professionis in Religione approbata, Deus vel Ecclesia statuit illam dissolutionem; non autem in gratiam ejus, qui manet in sæculo, qui nihil tale meretur.

Nonne per mortem naturalem utriusque conjugis, æquè dissolvitur Matrimonii vinculum, ac per mortem naturalem alterius tantum? Cur ergo similiter per mortem civilem utriusque, non æquè dissolvatur Matrimonium ratum, non consummatum, atque per mortem civilem alterius tantum? Maneat ergo, si non sit omninò certum, saltem longè probabilius esse, etiam per solemnem Professionem utriusque conjugis dissolvi Matrimonium ratum, non consummatum.

Si autem à me quæritur, intrà quod tempus teneatur conjux post Matrimonium ratum debitum reddere, aut certè ingredi Religionem? Respondeo:

### CONCLUSIO XI.

Jus concedit conjugibus bimestre, à die contractus, ad deliberandum de ingressu Religionis.

Quærent hic Aliqui: num ab initio liceat contrahere Matrimonium, cum animo ingrediendi postea Religionem, & ita illud dissolvendi. Sed de hac quæstione nos diffusè tractavimus Sect. 2. Concl. 3. ad quam remitto Lectorem. Breviter dico, nul-

602. *Resp. ad alia jura.*

Alia resp.

603. *Confirmatio opposita sententia.*

604. *An liceat contrahere Matr. animo postea illud dissolvendi.*

nulum esse peccatum, si id fiat de consensu alterius partis, aut ex urgenti causa. Imò tamen si nulla alia esset causa, quam suscipiendi Sacramentum, & gratiam sacramentalem, non video esse peccatum, saltem mortale, secluso gravi damno extrinseco alterius partis, quod charitas dicitur, impediendum fore, etiam cum privatione istius gratiæ.

*Pars affirmans probatur.*

Quippe utitur jure suo, & par est utriusque conditio; ac aliunde possunt & debent conjuges scire jus illud, antequam contrahant, adeoque voluntariè se exponunt isti periculo. Neque ex eo, quòd bona fide priùs contraxerint, cum animo consummationis Matrimonium, minus damnum infertur per ingressum Religionis, quàm si ab initio habuissent intentionem ingrediendi: unde ergo tanta malitia in illa priori intentione? Interim communiter non adest talis intentio, nisi alià justà causà intercedente.

605. Supposito ergo, quòd bona fide Matrimonium jam sit contractum, cum animo in eo perseverandi, quaeritur de tempore, quo conjuges possunt deliberare de ingressu Religionis. Jus commune, juxta intellectum omnium Doctorum, concedit ipsis bimestre à die contractus.

*Conclusio probatur ex c. 7. de Convers. conjug.*

Rogas; quòd illud jus commune? Responsio in promptu est, cap. *Ex publico*, de *Convers. conjug.* ubi sic rescribit Alex. 3. Brixienfi Episcopo: *Cæterum, quia licet à prefato viro desponsata fuerit, adhuc tamen (sicut asserit) ab ipso est incognita. Mandamus, quatenus, si prædictus vir ipsam carnaliter non cognoverit, & eadem ad Religionem transire voluerit, receptà ab ea sufficiente cautione, quòd vel ad Religionem transire, vel ad virum suum redire, infra duorum mensum spatium debeat, ipsam à sententia quâ tenetur, absolvas.*

606. *Expenditur probatio. Coninck.*

Sed (inquit Coninck hic disp. 26. n. 44.) difficile est videre, quomòdò hoc possit ex d. cap. colligi. Nam ibi agitur de muliere, quæ primò diu litigaverat de valore Matrimonii. Deinde condemnata, diu omninò recusaverat illud consummare, dicens, se velle Religionem ingredi (ut ex textu colligitur) ac tandem super ea re Pontificis literas impetrarat, quibus præcipiebatur, ut Episcopus præscriberet ei duos menses pro ingressu Religionis, non computandos à die contracti Matrimonii (à quo jam multi menses elapsi erant) sed à die, quo Episcopus, post receptas literas Apostolicas, hoc ei præciperet. Quare ex hoc cap. solum videtur colligi, judicem lite motà, & causà cognitã, debere præscribere duos menses, intrã quos conjuges teneantur, aut Religionem ingredi, aut Matrimonium consummare. Hæc ille.

Interim hæc Constitutionem, si veptius sententiam in casu particulari, DD. communiter interpretantur, & accipiunt pro lege universali, ut rectè etiam notat Coninck sup. verbis præallegatis inveniendi subjungens: Sed communiter DD. dicto sensu jus illud accipiunt. Beatus quid fuerit de mente ejus, qui primo eas litteras scripsit, potuerunt eo sensu esse in jus commune relata, & in eo sensu communiter hoc cap. recipitur. Quare supponimus, hunc etiam esse sensum genuinum. Hæc illi Suarez verò to. 3. de Relig. cap. 3. n. 3. Quod spectat (inquit) ad tempus ante primum ingressum, non possunt negare sponsis aliquod tempus liberum, ad deliberandum de ingressu; quia res gratiæ est, & solet Deus hominem vocare, etiam post sponsalia. De tempore autem duorum mensium non invenimus certum. Probabilis autem est opinio Theologorum, & hactastè est usu receptum; nihilominus tamen arbitrium judicis excludendum non est. Ita hic Auctor.

Ubi nota ly *Ante primum ingressum*, non quòd ante Professionem habeant tempus duorum mensium, si non jure scripto, sed tempore consuetudinario certum videtur, quæ tamen exclusioe arbitrii judicis, infra videbimus. Interim disputatur, an illud bimestre præscriptum d. cap. *Ex publico*, sit ad deliberandum de Religionis ingressu, an verò ad profectendum, ita ut debeat sponsus reddere debitum, nisi intrã duos menses profiteatur.

Equidem esse præscriptum ad profectendum, probatur (inquit Sanchez lib. 2. disp. 24. n. 2.) quia eod. cap. *Ex publico*, præscribitur, ut debeat sponsa intra bimestrem Religionem transire, vel ad virum suum transire autem, vel ingredi Religionem est ad Professionem admitti, ut eod. cap. *Ex publico*, ubi dicitur, quod ingressu dissolvitur Matrimonium, & sola Professione verificatur. Secundo si manens in sæculo teneretur per unum expectare, minùs bene ipsi consuleretur, alter profiteatur.

Sed hæc sententia non placet Sanchez, ideo ad 1. probationem respondet sup. n. 3. Transire, accipi pro transitu ad aliam vitam habitum Novitiorum; & licet non tam propriè dicatur hic transitus, quam cum transitur per Professionem; necesse tamen est, sic intelligere, ne inducatur juris concedentis annum Novitiatus, & correctio. Hæc ille.

Coninck autem sup. n. 41. sic ait: Hæc argumentum non convincit. Nam ibi non dicitur, solvi Matrimonium, cã ad Reli-

BIBLIOTHECA  
SACRAMENTUM  
PARIS

gionem transeunte; sed: *Habitum* (scilicet professarum) *Religionis assumente*. Quare cum textus utatur diversis verbis, videtur etiam velle diversa significare per transitum ad Religionem, & habitus assumptionem. Ita Coninck.

610. Sed vel ipse lippus fuit, quando legit d. cap. *Ex publico*, vel ego cæcus sum, qui in hoc cap. nullam lego assumptionem habitus, vel professarum, vel novitiarum, sed solum transitum ad Religionem. Neque in eo cap. dicitur expressè, per illum transitum solvi Matrimonium; sed tantum, ut vidimus, quòd, vel ad Religionem transire, vel ad virum suum redire infra duorum mensium spatium debeat. An autem hoc ipso, quòd transit, vinculum Matrimonii sit solutum, id ibi expressè non dicitur.

Unde nihil vetat, ibi per transitum, intelligere assumptionem habitus, quæ sufficiat, ut non debeat redire ad suum virum; etsi per eam nondum, secundum omnes DD. sit vinculum solutum. Ergo argumentum, quod sumitur ex solo eo cap. planè corrumpitur.

611. Dico: *Ex solo eo cap.* quia in alio cap. putà; *Ex parte*, eod. dicitur, solvi Matrimonium per transitum ad Religionem, ibi: *Nos tamen nolentes à predecessorum nostrorum vestigiis declinare, qui respondere consulti, antiquam Matrimonium sit per carnalem copulam consummatum, licet alteri conjugum, reliquo inconsulto, ad Religionem transire; ita quòd reliquis ex tunc legitime poterit alteri copulari, hoc ipsum tibi consulimus observandum in articulo prænotato &c.* Ita Innoc. 3. Lugdun. Archiep.

Et quàmvis in eod. cap. fiat mentio suspensionis habitus seu veli, ibi: *Cum quædam mulier velum viduitatis &c.* Et infra: *Porrò licet prædicta mulier videatur in veli suspensione Religionis habitum assumpsisse &c.* Equidem huic assumptioni non adscribitur dissolutio Matrimonii rati; sed potius transitui ad Religionem. Immo dicitur, non obstante illa assumptione, si tamen velit in domo propria remanere, nihilominus consummandum esse Matrimonium. Igitur illa distinctio Coninck inter assumptionem habitus, & transitum ad Religionem nihil ad rem.

612. Quid ergo? Dico: per transitum ad Religionem, aliquando intelligi primum ingressum; subinde autem Professionem, juxta subjectam materiam; adeòque in d. cap. *Ex parte*, denotari Professionem, cum certum sit, per solum ingressum seu assumptionem habitus Novitiorum, non solvi Matrimonium ratum; neque ullum aliud jus obstet, quò minus ita possit intelligi.

At verò in d. cap. *Ex publico*, importare

primum ingressum, & non Professionem; quia obstat aliud jus, scilicet cap. *Ad Apostolicam*, 16. de Regular. ubi conceditur Monachis integer annus probationis: *Cum* (inquit Innoc. 3.) *Monachum fieri ante unius anni probationem regularis institutio interdicit.* Ergo in cap. *Ex publico*, per ingressum Religionis, nequit intelligi Professio; quippe sic deberet profiteri intra bimestre, quòd regularis institutio interdicit.

Et verò, quæ putas fuit ratio, quare jus antiquum concesserit annum probationis? Sequitur in d. cap. 16. *Quæstionibus inis taliter respondemus, quòd licet tempus probationis à SS. Patribus sit indulgum, non solum in favorem conversi, sed etiam Monasterii: ut & ille asperitates istius, & istud mores illius valeat experire (quòd utrumque diligenter est observandum, præsertim cum ab utroque de reliquo facta certa notitia non habetur) si tamen &c.* Ratio ergo est; ut & conversus experiat austeritates Monasterii, & Monasterium experiat mores conversi.

Jam autem valde parva experientia tum austeritatum, tum morum, haberi potest tempore bimestri; ergo præter tempus bimestre, datum ad deliberandum de ingressu, concedendus est annus Novitiatûs, juxta d. cap. *Ad Apostolicam*.

613. *Quare jus antiquum concesserit annum probationis.*  
Præter bimestre conceditur annus Novitiatûs.  
Probatio 1. Secunda probatio.  
Probatur 3.

Probatur Consequenter 1. quia hic annus, ut patet ex verbis d. cap. jamjam recitatis, non tantum datur in Novitii favorem, sed etiam Monasterii; ergo quamvis Novitius, ob proprium factum, possit jure suo spoliari, non tamen poterit Monasterium. Secundo: qui si jure licet sponsis ingredi Monasterium, debet id licere cum juris privilegio, experiendo integro anno austeritates; alioqui nullus favor ipis fit, sed potius maximum incurritur detrimentum; cum obligatio Religionis, alicui non convenientis, sit intolerabilis.

Denique, à jure antiquo non licet recedere, absque textu expresso; & ne juris correctio inducatur, debent verba impropriari. Ergo cum jure antiquo concedatur annus probationis; nec d. cap. *Ex publico*, expressè contrarium definiat, sed tantum dicat, debere intra bimestre transire ad Religionem; quòd potest intelligi de transitu per Professionem, vel per assumptionem habitus Novitiorum; non debet intelligi de Professione, ut jus antiquum servetur illæsum. Hæ sunt rationes propter quas Sanchez sup. n. 4. reputat hanc sententiam veriorum.

Sed enim, dicit aliquis cum Coninck sup. n. 42. d. cap. *Ad Apostolicam*, expressè dicitur, posse tam Religiosum, quàm Religionem, huic privilegio renuntiare, & prohibendum esse Abbatibus, ne passim an-

te tempus probationis quoslibet ad Professionem admittant, ibi: Si tamen ante tempus probationis, regulariter praefinitum, is qui converteri desiderat, habitum recipit, & Professionem emittit. Abbate per se vel per alium, Professionem recipiente monasticam, & monachalem habitum concedente: usque renuntiare videtur ei, quod pro se noscitur institutum: ideoque obligatur per Professionem, emissam pariter, & acceptam ad observantiam regularem, & verè Monachus est censendus: quia multa fieri prohibentur, quae si facta fuerint, obtinent roboris firmitatem.

Prohibendum est autem Abbatibus, ne passim ante tempus probationis, quoslibet ad Professionem recipiant, et si contra formam praescriptam quoslibet indiscrete receperint, animadversione sunt debita corrigendi: cum in subsidium fragilitatis humanae, spatium probationis sit regulariter institutum. Quibus aperte significatur, eos posse ex certis causis aliquos ita admittere: haec autem causa videtur sufficiens. Ita Coninck.

616. Solvitur.

Ego autem dico, hanc causam solitariè spectatam; non videri sufficientem; quia saepe fieri potest, ut ex levitate quadam animi & aversione à conjugio, suscipiatur habitus probationis, & consequenter necessaria sit major experientia de ejus moribus, quam si ante contractum Matrimonium transfret ad Religionem; ergo quod veniat post contractum Matrimonium, non est causa sufficiens abbreviandi tempus probationis; sed potius, si fieri posset, extendendi. Interim tales circumstantiae possent intervenire, ut expediret iudicio Praelati tempus abbreviare. An autem tunc debet Praelatus abbreviare, est alia quaestio. Ex d.c. Ad Apostolicam, nulla colligitur obligatio; nec etiam ex d. cap. Ex publico, cum id, sicut dictum est, commodè intelligi possit de susceptione habitus Novitiorum.

Praelatus in casu proposito non semper debet abbreviare tempus probationis.

617. Objectio.

Planè, inquis, dictum est; sed an cum fundamento? Nam si manens in saeculo teneretur per annum expectare, minùs benè consultum ipsi esset, cum aliis nuptiis, quae tunc fortè occurrerent, copulari nequeat, & post Professionem similes non sint expectandae. Atque haec videtur semper ratio sufficiens, quare Monasterium possit cedere jure suo, & consequenter debeat cedere.

Diluitur.

Respondeo, negando illam Consequentiam: quia multa facere possumus, si velimus, ad quae tamen faciendae non est ulla obligatio. Quantum ad istam rationem, liquidò constat, etiam fieri posse, ut nullae nuptiae interea occurrant; undè quòd hic & nunc occurrant, planè fortuitum est; propter quam fortunam non debuit Monasterium obligari, ad suscipiendam Pro-

fessionem post bimestre, cum magno suo incommodo, quod saepius natum est occurrere, quam illae nuptiae. Cum ergo utriusque aequa sit conditio, tam viri scilicet, quam feminae, neutri sit iniuria, cum per annum expectare debeat; & ex altera parte, ut bono Religionis contulerit operam non coarctare Novitium annum, tamen meti hic & nunc posset coarctari, quantum praecise est ex d. cap. Ad Apostolicam.

Quòd addo, quia in primis, Praedicatorum res & Minores infra annum probationis neminem possunt ad sui Ordinis Professionem recipere: quod si receperint, Professio est invalida, cap. 2. de Regular. in 6. sequentis tenoris: Non solum. Ex ista Licet zelum animarum habentes, sed licet Domino sollicitè cupiatis: quia tamen deest Cap. 2. de expedit, ut conscientiae peccati non desit Regulae: cium rationis, ne sine firmo proposito quaeritur, salvis dispensationibus. Ubi de Fratrum nostrorum consuetudine obedientiae, & sub poena excommunicationis, auctoritate praesentium adhibitis monemus, ne ante annum probationis elapsus (qui est maxime in subsidium fragilitatis humanae regulariter institutus) quemquam ad Professionem vestri Ordinis, seu renuntiationem in saeculo faciendam recipere, nec consuetudinem vestri hujusmodi annum aliquatenus impedire, qui minùs infra ipsum ad aliam Religionem, quam maluerit, transeat: vel (nisi major tamen quatuordecim annis existens, professus sit tacite vel expresse, aut evidenter constet, illam vitam voluisse mutare; quod tamen non praesumitur, nisi clara probatione vel competentibus iudiciis ostendatur) omnino ad saeculum reddat sicut de sua voluntate processerit, praesumimus. Quòd si forte contra hanc nostram prohibitionem quemquam recipere praesumpserit, denimus eum, qui taliter receperit fuerit, poena subiciendos, quae fratribus ipsius Ordinis, pro culpis infligi gravioribus convenit. In Alex. 4. FF. Praedicatoribus & Minoribus.

Ubi Gloss. in propositione callescente. Sed quid de Eremitis S. Aug. & B. Alderici de Carmelo, utrum sit idem dicendum, ut non debeant aliquem recipere ad Professionem ante annum probationis, & quòd, si contra hanc consuetudinem, puniantur ut dicta poena? Respondeo quòd...

Quòd autem per hanc Decret. in decretatum d. cap. Ad Apostolicam, docet ibidem Gloss. verb. Non solum, ibi: Excepit Decretalis ista à Regula, quam habuit ipse ead. Ad Apostolicam. Quidni etiam excepit à Regula, quae habetur d. cap. Ex publico, eo dicto, quòd ibi loquatur Alex. 3. de tranitu ad Religionem per Professionem? Non...

B. O. N. C. O. S. A. C. R. A. M. E. N. T. U. M. P. A. R. T. I. S. V. I. D. E. A. T. I. S.

620. *Quæ ratio hujus prohibitionis.*  
 deo, quid obster; nam eadem ratio militat. Sed quæ ista? Consulte Glossam sup. in proposito. *ca. Erant*, inquit, *nonnulli Mendicantes, qui quadam levitate ducti, faciebant Professionem; & cum sentiebant duritias Religionis, dimittebant Religionem, & efficiebantur Apostatae; & ideo ordinatum fuit, ne de cetero Mendicantes reciperent aliquos ad Professionem suæ Religionis intra annum probationis Igitur, saltem in Ordinibus Mendicantium, verum est, quod Professio, etiam sponsi post Matrimonium ratum, non valeat, nisi fiat expleto anno probationis; & proinde non solvi Matrimonium, per Professionem factam intra annum.*

621. *Nulla Professio valet nisi expleto anno probationis, ex Trid.*  
 Sed & generaliter pro omni Religione Concil. Trident. idem statuit sess. 25. de Regular. c. 15. sequentis tenoris: *In quacumque Religione tam virorum, quam mulierum, Professio non fiat ante decimum sextum annum expletum; nec qui minore tempore, quam per annum, post susceptum habitum, in probatione steterit, ad Professionem admittatur. Professio autem antea facta sit nulla, nullamque inducat obligationem ad alicujus Regulæ vel Religionis vel Ordinis observationem, aut ad alios quoscumque effectus.*

*quod derogat d. cap. Ad Apostolicam.*  
 Et verò, si per Decretalem Alex. 4. *Non solem*, derogatum sit seu correctum d. cap. *Ad Apostolicam*; quidni etiam hoc Decretum Concil. Tridentii ab eo excipiat, & similiter à dicto cap. *Ex publico*?

622. *Non derogare d. cap. Ex publico, probatur.*  
 Quia, reponit quispian, d. cap. *Ad Apostolicam*, est quidem lex antiquior, sed generalis; at verò d. cap. *Ex publico*, est lex antiquior & specialis; porro lex posterior generaliter & indistinctè loquens (qualis est lex dicta Trident.) limitanda est per specialem antiquiorem, & juxta illam intelligenda, nisi expressis verbis illi contradicat; arg. l. 28. ff. de LL. Sed & posteriores leges ad priores pertinent, nisi contraria sint.

Quæ doctrina adeò vera est, ut procedat, licet in lege nova sit clausula: *Non obstantes*; debet enim intelligi, lege contraria, quæ non possit cum hac sustineri per aliquam limitationem, vel distinctionem. Imò licet anteriores leges abrogatæ sint, sunt juxta illas recentiores explicandæ. Et non tantum per legem specialem anteriorem; sed etiam per rationem legis prioris, posteriores leges limitandæ sunt. Cum ergo Trident. generaliter loquatur, restringendum est per specialem jus antiquum d. c. *Ex publico*, ut non intelligatur in eo casu.

623. *Confirmatur.*  
 Et confirmatur: quia quando lex antiqua ponit casum specialem, lex nova generaliter loquens, non intelligitur derogare illi casui speciali: ergo cum d. c. *Ex publico*, loquatur in casu specialissimo, & ob specialissimam rationem, ne fiat præjudicium

sponso, manenti in sæculo, si cogatur per annum expectare, & aliquando per quadriennium, ut si sponsa esset duodennis; Tridentinum generaliter statuens, profutendum non esse ante Novitiatu annu, & ante sexdecim annos expletos, non loquitur in hoc casu specialiter; sed quando Novitii sponte sua profitentur, nec Professionis dilatio cedit in alterius damnum. Ita Sanchez, n. 6. pro sententia, quæ probabiliter docet, d. c. *Ex publico*, per Trid. non esse correctam.

624. *Oppositum est probabilius. Prima ratio ex Sanchez.*  
 Ipse autem n. 7. oppositam sententiam, quæ ait corrigi, existimat probabiliorem: quia Trident. generaliter, & per verba negativa statuens, ne ante annum fiat Professio, est generaliter & in omni casu intelligendum; lex enim universalis negativa, est universaliter intelligenda; cap. *Soluta*, 6. de Major. & obed. §. finali. l. *De pretio*, 8. ff. de Public. in rem. act.

Quod procedit etiam, quando major ratio invenitur, quare non debeat includere magis unam speciem, quam aliam, ut docet Navar. lib. 3. Confil. de Convers. conjug. conf. 1. Cujus ratio est; quia juxta regulam logicam, negatio quidquid post se invenit, destruit, & ejus oppositum ponit. Hæc est 1. probatio Sanchez, quam desumpsit ex Navar. loco jam citato.

625. *Expenditur, & impugnatur 1.*  
 Sed ego non video, quid hæc ad propositum faciat §. fin. d. c. *Soluta*; sic enim sonat in meo libro: *Utrum autem Imperatoriam excellentiam ad bonum & utile per literas nostras duxerimus invitandam, utrum tibi iusta suggererimus, & honesta, tua sollicitudo discernat, cum non nisi ad utilitatem Ecclesiæ, & terræ Hierosolymitanæ subsidium, nos te meminimus invitasse. Neque in toto illo cap. fit aliqua mentio alicujus legis negativæ & universalis.*

626. *Impugnatur 2.*  
 Consimiliter haud capio satis arg. quod desumitur ex d. l. 8. quæ sic sonat: *De pretio verò soluto nihil exprimitur, unde potest conjectura capi, quasi nec sententia Prætoris ea sit, ut requiratur, an solum sit pretium. Qui utique textus non magis loquitur de lege negativa, quam affirmativa.*

Nam Summarium ejus, seu titulus, est: *Ubi lex non distinguit, neque nos distinguere debemus.* Et Gloss. verb. *De pretio*, sic ait: *Item nota, quod ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. Vel ubi aliquid statuit, nos ultra non procedimus.* Et infra: *Ubi lex est, quæ generaliter loquitur, nec est alia specialis, quæ de materia illa loquitur: tunc obtinet primum: si verò sit specialis, quæ plus dicit in aliquo, quam generalis, tunc quod omisum est à lege generali, non est omittendum & c. ut in secundo.* Ex quo potius probatur prior sententia.



627.  
An sit suffi-  
ciens ratio  
excipiendi à  
Decreto  
Trid. pra-  
sensum ca-  
sum.

Probat ut ex  
Navarro  
quod non.

Et sanè illud commune dictum: *Ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus*, non solum verificatur de legibus negativis, sed etiam de affirmativis; & intelligendum est, nisi adsit sufficiens ratio distinguendi, quam adesse putat prior opinio, scilicet damnum alterius partis.

Sed ad hoc responderi potest ex Navarro sup. n. 4. Quòd licet uno respectu æquius videatur, ut servetur jus antiquum, de quo in d. c. *Ex publico*; alio tamen videtur æquius, ut novum servetur potius in hoc casu, quam in aliis. Tum, quia frequenter contrahentes Matrimonium, poenitet statim contraxisse, & turbati illà poenitentia, refugiunt ad remedium Religionis, quam facile profitentur, quod postea dolent fecisse. Tum, quòd major est necessitas probandi Religionis austeritatem ei, qui tam alienus fuit à Religione, ut perveniret ad contrahendum Matrimonium, quam aliis, qui non tantum se elongarunt. Tum, quòd utilius videtur relicto vel relicta in læculo, ut relinquens probet integrè austeritatem Religionis, quam partem ejus: quoniam magis potest sperare, quòd probatà integrè austeritate illius, poenitebit ingressus, & redibit ad ipsam, quam si solum ex parte probasset. Ita Navarrus.

628.  
Ratio Trid.  
etiam hic  
militat.  
Sanchez.

Igitur damnum alterius partis non est ratio sufficiens distinguendi legem universalem Tridentini. Quin & ratio Tridentini æquè militat in proposito casu, ut notat Sanchez sup. n. 2. dicens: Ratio; quà Tridentinum in eo statuto ductum est, fuit, ut Novitius cognoscat, quam vitæ rationem susceperit, experiaturque illius difficultates, & an vires suppetant ad eas toto vitæ curriculo perferendas, ne si ante annum, primo vocationis fervore ductus, profiteretur, Professione emissà, quando est jam omni remedio destitutus, facile poeniteat, & vitam miseriam, angoribusque plenam agat; quæ ratio æquè militat in nostro casu. Hæc ille.

Hanc sen-  
tentiam tenent Hen-  
riquez.

Et subjungit: Sic tenet Henriquez lib. 12. de Matr. c. 5. n. 8. & in Comment. lit. F. dicit, sic pronuntiatum esse in prædicta lite, & confirmatum in Regia Vallisoleti Cancellaria, & sic tenuisse multos Jurisperitos & Theologos. Et in hanc sententiam magis inclinat Navar. sup. licet neutram definiat, dicens: His raptim consideratis, definitionem ad majus & maturius judicium refero.

629.  
Pontius,  
qui probat  
illam ex 2.  
Declarat.  
Card. 1.

Eandem amplectitur Pontius lib. 9. c. 9. n. 2. allegans, ultra rationes jam propositas, duas Declarationes Cardinalium apud Farinacium ad sess. 25. cap. cit. de Regular. quarum prima sic habet: *Professio non est valida ante expletum probationis annum. Sed*

quia Canones permittunt, ut quis, post ratum Matrimonium, Religionem ingredi possit, quod fiet, si unam Religionem ingressus, de novo transeat ad aliam aut plures, & ita tempus Professionis differatur, an talis compelli possit ad tempus hoc breviandum, maxime cum post transiit ex una Religione ad aliam, fuerit deatur in fraudem ejus, qui in saculo remansit? Congregatio an. 1588. respondit, non posse compelli.

Alia sic habet: *Mulier si 12. annis major, intra duos menses ingrediatur Monasterium, & habitum susceperit, & deinde expleto 16. anno, & lapso anno probationis, Professorem emittat juxta hoc Decretum, inter vir expectet, donec annus probationis habeatur, & Professio sit emissã. Ex quibus colligitur (inquit Basilus) tempus probationis abbreviari non posse, sed hoc non moneretur ad ingressum: post ingressum autem, annus integer probationis prætere debet esse. Hæc ille.*

Observat autem Sanchez sup. n. 9. si-  
ter sponsus, prætextu Religionis, non  
differat Matrimonium consummare, re-  
gando de una Religione in aliam intra No-  
vitiatus annum, posse judicem compellere  
dato termino peremptorio, ut maneat in  
una Religione, in qua completo Noviti-  
tus annum profiteatur, vel ad sponsum alte-  
rum redeat, & consummet Matrimonium:  
quia aliàs cederet in magnum alterius spon-  
si damnum, qui diu, imò & toto vitæ spa-  
tio posset manere ligatus primo Matrimo-  
nio, & sic non posset sibi mederi, aliud  
contrahendo. Ita Sanchez. Nec repugnat  
id primæ Declarationi Card. sup. quia so-  
lum ait Declar. non posse compelli ad ab-  
breviandum annum Novitiatus, sed usque  
permanendum in una Religione.

Cæterum, quod ait Reg. 34. de Reg. 80. ff. eod. *In toto jure generi permissum rogatur, idque si species præcedat, sublequatur genus, intelligendum videtur, quando non constat aliunde oppositum.* Alioqui l. 147. ff. eod. dicitur: *Comper specialia generalibus injunt; non item et d. positione loquentis* (ut notat Casibus in d. Reg. 34.) quam vi verborum, que generaliter prolata generaliter accipi solent. At secus est, ubi expressè species a genere committitur, quo casu generi quoad speciem derogatur, & res in speciem dirigitur. Hæc ille.

Jam autem in casu nostro species expressè non eximitur à genere; adeoque verba Tridentini generaliter prolata, generaliter accipi debent, tamquam correctoria juris antiqui; maxime, cum ratio Tridentini præ- valeat rationi d. cap. *Ex publico*; melius enim

est, ut sponsus vel sponsa aliquanto tempore expectet, quam ut alter profiteatur in Religione, sibi non cognita; cum ex tali Professione majus ipsi præjudicium oriri possit, quam alteri ex illa expectatione; quia Professio pro tota vita est, non ita illa expectatio, sed solum ad aliquot annos. Igitur dicta jura tunc vera sunt, quando non constat ex lege generali, quod velit corrigere speciale; at ex tenore Tridentini, & ex ejus Decreti ratione colligitur, velle corrigere, ut, puto, jam satis probatum est.

632.  
Henzquez

Minimè, inquit; nam docent Corduba Sum. q. 38. & Henriquez lib. 13. de Excom. cap. 40. n. 2. in Comment. lit. O. Professum, translatum ab una Religione non mendicante, ad aliam non mendicantem, posse ante annum profiteri, juxta d. cap. Ad Apostolicam, cui Trident. non videtur derogare in hoc casu, cum generaliter loquatur: maximè, quia idem Trident. eadem sess. 25. de Regular. c. 21. concedit in casu speciali Professionem post semestrem, ibi: Quoad ea verò Monasteria, quæ Capita sunt, ac Primates Ordinum, sive Abbatie, sive Prioratus, filie illorum Capitum nun cupantur, teneantur illi, qui in præsentia ea in Commendam obtinent, nisi sit eis de Regulari successore provisum, infra sex menses Religionem eorum Ordinum propriam solemniter profiteri, aut iis cedere.

Trident.

633.  
Solvitur ex Sanchez.

Respondet Sanchez (sup. n. 10. illam doctrinam esse valde dubiam, & Corduba ead. q. 38. in 2. edit. dicit, videri id correctum esse per Trident. & adhuc magis dubia est in casu, in quo loquitur Henriquez, ibi citatus: dicit enim transeuntem ad strictiorem Religionem, ut ad Carthusiam, posse ante annum, profiteri, & ita ea doctrina neganda est.

Nec faveat cap. Ad Apostolicam, quia tantum decernit, posse ex consensu Religionis & Novitii, probationis anno renuntiari; quod Navar. lib. 3. Consil. in 1. edit. tit. de Regular. consil. 33. latissimè defendit correctum esse; & addit n. 5. quàmvis oppositum defendi posset, probabiliter disputando, non tamen consulendo vel judicando.

634.  
Alia solutio.

Respondet 2. est ea doctrina esset vera, ille professus jam expertus fuerat asperitates similis Religionis; sponsus autem minimè: quare nullo modo satisficit fini Concilii Tridentini. Hæc ille ad dictam doctrinam Cordubæ & Henriquez.

Resp. ad Trid.

Porro ad Tridentinum, nihil. Undè ego respondeo: exceptio firmat regulam in contrarium, ut communiter loquuntur DD. Si ergo fuisset mens Concilii, etiam excipere casum præsentem, indubiè eum excepisset, quod cum non fecerit, nec nos illum excipere debemus.

Quæ cum ita sint, persistimus in Conclusionem, & iteratò dicimus; bimestre, de quo in d. cap. Ex publico, datum esse, non ad Professionem emittendam, sed ad deliberandum de ingressu Religionis, sive de assumptione habitus Novitiorum.

Si autem à me queritur; à quo tempore computandum sit illud bimestre; & an ita sit præcisum, ut judex nequeat illud prorogare, aut coarctare? Respondeo ad primam quæstionem; computandum esse à die contracti conjugii, non à die benedictionis solemnæ; maximè cum sæpè videamus, per annum eas benedictiones differri, neque sit tempus necessariò præfixum. Effet autem nimis durum, si toto eo tempore expectare teneretur conjux, & postea annum probationis.

A quo tempore sit computandum d. bimestre.

Sic video (inquit Pontius lib. 9. c. 9. n. 4.) supponere DD. omnes, licèt non omnes satis consequenter suis principiis. Qui enim dicunt, esse peccatum, consummare Matrimonium ante benedictionem, nescio quomodo possint bimestre spatium computare à die contracti conjugii. Pone, aliquem non accepisse benedictiones solemnæ, etiam per tres menses, toto eo tempore, non habet jus exigendi, neque consummandi, cum non possint ex eorum sententia sine peccato consummare. Nos autem dicimus, nullum, nequidem peccatum veniale esse, in consummando ante benedictionem; & idè rectè asserimus bimestre à die conjugii computandum, & eo transacto, jam cogendum esse conjugem, ut debitum reddat. Hæc ille.

636.

Videtur quòd à die contractus. Pontius.

Ubi videtur arguere inconsequentè eos DD. ed quod in casu posito, post bimestre non possit conjux cogi ad reddendum debitum, prout cogi posse, dicitur in d. cap. Ex publico. Sed hoc, meo judicio, intelligendum videtur: nisi aliquid aliud obstat, præter tempus concessum ad deliberandum; sicut in casu præsentis obstat non acceptio solemnæ benedictionis. Atque hæc de prima quæstione.

637.

An judex possit illud tempus restringere & prorogare? Affirmat Sanchez.

Quantum ad secundam, Sanchez supra n. 12. Dicendum est, inquit, hoc tempus esse arbitrarium, & ita posse judicem causâ cognitâ restringere, & prorogare; quia licèt, quando datur terminus à lege absque judicis ministerio, nequeat judex restringere vel prorogare, cum non sit supra legem; secus tamen est, ubi datur ministerio judicis, ut contingit d. cap. Ex publico, ubi non designatur bimestre; sed mandatur judici, ut designet.

Et idè hanc sententiam docet Gloss. d. c. Ex publico, verb. Infra duorum, ubi sic interrogat: Nunquid istud tempus est ordinarium & regulare, ut semper tantum tempus indulgeatur, & non minus, licèt dicatur de duobus

mensibus? Respondet autem: Credo, quod istud committeretur arbitrio iudicis, utrum plus vel minus tempus indulgeat ad prostendum dicenti, se velle etiam intrare Religionem, & currit à tempore illo, quo iudex statuit terminum.

638. Non debet facile id facere.

Argumenti pro opposita sententia.

Hanc Glossam sequuntur plures Auctores tam Jurisperiti, quam Theologi, quos ibi citat Sanchez. Et ilicò subjungit: Non debet tamen iudex ab eo bimestri facilè discedere, cum juris terminus sit.

Et hæc quidem sententia probabilis est, sed non Omnibus placet: quàmvis enim, inquit Aliqui (quos citat Sanchez sup. n. 11.) ex causa possit regulariter iudex terminum, lege præscriptum, restringere vel prorogare; at id non procedit, quando lapsò termino, ponitur pœna privationis, vel alia similis: sed hoc bimestre ponitur à jure, & eo transacto, privatur sponsus jure amplius deliberandi, & excommunicandus est, si neget debitum; ergo.

Confirmatio.

Confirmatur; quia ob id, secundum Omnes, non potest iudex terminum, ad appellandum concessum, restringere vel prorogare. Hæc illi.

639. Resp. Sanchez.

Respondet Sanchez sup. n. 13. ea doctrina vera est, quando terminus lege præscribitur, absque iudicis ministerio, ut contingit in termino ad appellandum concessò.

Impugnatio à Pontio.

Sed in primis (inquit Pontius sup. n. 8.) non video, quæ verba in d. cap. Ex publico, insinuant, tempus hoc designari à iudice; sed potius jam esse per iudicem designatum.

Et reverà Sanchez nulla verba citat, & si aliqua sint, hæc debent esse: *Mandamus, quatenus si prædictus vir ipsam carnaliter non cognoverit, & eadem ad Religionem transire voluerit, recepta ab ea sufficienti cautione, quod vel ad Religionem transire, vel ad virum suum redire infra duorum mensium spatium debeat, quæ potius insinuant, jam esse tempus per iudicem designatum.*

640. Bvafio.

Si dixeris: esse quidem designatum à supremo iudice, id est, Pontifice; sed tamen ab inferiori esse imponendum, sive parti insinuandum.

Præcluditur.

Contra: inde sequeretur, quòd nisi à iudice inferiori foret insinuatum, teneretur sponsus, statim à die contracti Matrimonii, reddere debitum; sive, nunquam currere illud tempus bimestre, nisi prius per iudicem inferiorem in casu particulari fuerit sponsus insinuatum; jam autem sensus communis est, posse sponsum expectare per bimestre, seu abstinere à redditione debiti, etsi nulla intervenit particularis sententia iudicis.

641. Dicitur tempus breviori.

Hinc Pontius sup. rejecta, ut audivimus, illà doctrinà Sanchii, dicit; etiam si lege ipsa designatum sit & definitum tempus, adhuc

breviari posse à iudice, licet rarò & ex maxima causa.

Sic colligo (inquit) ex l. 2. ff. de Rejudicata. Qui pro tribunali cognoscit, non potest per tempus iudicari ferri; sed nonnunquam arctat, nonnunquam prorogat pro causa iudicata, & quantitate, vel personarum obsequio, vel contumacia. Id quod rarissime locum habet, & debet fieri cum cautè cognitione.

Et quàmvis Bartolus & alii allegantur, non tamen causas, ex quibus licet restringere & moderari tempus; at tamen non possunt generaliter defini, quæ consilium in solâ æquitate. Totum hoc committitur arbitrio iudicis, qui iudicabit, consideratis omnibus circumstantiis, ut est in d. l. 2. & l. 7. de Juri de iudiciis. Nonnunquam autem hoc iudicium potest tot numero edicta, quæ præscribit, licet nonnunquam post annum vel alterum: nonnunquam statim, quod appellat, nonnunquam omnibus. Hoc autem dicitur, quia nonnunquam qui jus dixit: & pro condicione causæ vel personæ, vel temporis ita ordinem iudicium vel compendium moderari.

Potest autem id tempus moderari tam delegans, quàm delegatus, licet non possit iudex datus. Ego enim delegatum existimo longe differre ab eo, quem iudicem datum appellat jura. Atque hanc doctrinam de limitatione temporis per iudicem, veram existimo, in quocumque tempore legitimum, & lege præfixum, ut possit etiam iudex illud moderari. Hæc ille.

Et exemplificat in tempore exceptionum opponendarum, tempore lege statuto ad agendum. Item, tempore dato ad appellandum, quòd quidem iudex non potest ita coarctare, ut legem præscribat Superiori, intra quod definit & sententiam ferat; statuit tamen tempus, intra quod se præsentet iudicem appellacionem prosequatur cap. 57. de appell. ibi: *Licet igitur appellantis legitima sententia, indulgeatur annus à legitima causa biennium, ad appellacionem prosequendam; quia tamen huiusmodi minus potest restringi, non solum à superioribus, verum etiam à iudice, à cuius sententia vocatur.*

Sed nunquid (interrogat Pontius sup. n. 9.) poterit iste terminus bimestris temporis prorogari à iudice? Potest quidem (respondet) juxta textum in d. §. de appell. condemnatus, etiam si hic terminus non definitus sit, & ea prorogatio valebit, appellari tamen ab ea prorogatione potest. Hæc ille.

Rogas; quis sit tenor istius §. Jam edicta ro. l. 4. ff. de Rejudicata §. 5. sic ait Ulpianus: *Si quis condemnatus sit, ut intra certos dies solvat: unde ei tempus iudicari ultimum computamus? utrum ex quo sententia præ-*

B. O. S. C. C. Sacramentum Matrimonii

est: an verò ex eo; ex quo dies statutus præterit. Sed siquidem minorem diem statuerit iudex tempore legitimo, repleatur ex lege, quod sententiæ iudicis deest. Sin autem amplio rem numerum dierum sua definitione iudex amplexus est, computabitur reo, & legitimum tempus, & quod supra id iudex præstitit.

Ponamus ergo, iudicem in casu proposito designasse unum mensem, obsecutus est in hac sententia, quæ potest ita accipi, ut tres menses habeat, qui transire vult ad Religionem, duos ex lege, unum ex iudice, vel ut tantum habeat unum mensem.

Hic (inquit Pontius sup.) interpretatione opus est; quia non expressit, nec tempus legitimum exclusit, & possumus interpretari pro transeunte, ut ei tempus legitimum salvum sit; altera autem interpretatio, ut tres menses habeat, dura etiam alteri conjugii. Sic ergo interpretabimur, ut repleatur per legem. Itaque si mensem designavit iudex, sine exclusione temporis legitimi, unum habebit ex definitione iudicis, alterum ex supplemento legis.

Alter casus est, si iudex statuatur longius tempus legitimo, ut puta quatuor menses ambigua est interpretatio; nam vel possumus sic interpretari, ut habeat sex menses, duos ex lege, alios verò quatuor ex iudicis definitione, quæ sanè durissima est interpretatio in re adeò obscura, quoniam est contra alterum conjugem. Quare sic interpretabimur, ut in illo tempore legitimum etiam tempus comprehendit iudex, & ultra illud, duos tantum menses addiderit. Nec enim ad tempus legitimum brevius, aut ad tempus ipsum legitimum possunt verba iudicis referri, cum aperte posuerit majus tempus legitimo.

Quod si ab ea concessione termini appellatur, curret tempus à confirmatione sententiæ. Si verò deserta sit appellatio, vulgò receptum est, à die pronuntiatæ sententiæ, à qua est appellatum, computari. Quoniam si appellatio deferitur, perinde est, ac si nunquam fuisset appellatum, leg. ultima §. Illud. Cod. de Tempor. Appel. Hucusque Pontius, conformiter ad d. §. 5.

Porro una ex causis prorogandi tempus potest esse, quòd transiens tam citò non possit de bonis suis disponere, ob debita v. g. vel aliud simile impedimentum.

Quod ergo sup. dictum est, bimestre computandum esse à die contracti Matrimonii, hoc intelligendum est de per se, sive de tempore legitimo, seclusà omni sententiâ iudicis.

Sed dicit aliquis; & quot, putas, dies continere debet illud bimestre, à iure concessum? Neminem inveni (inquit Sanchez sup. n. 14.) in propriis terminis id disputantem: in genere autem, dum mensis

in iure fit mentio, quot dies contineat, disputant Multi. Et Quidam dicunt 28. dies continere, ex quibus quatuor hebdomadæ confurgunt. Alii verò dicunt, continere 30. dies. Alii prudentis arbitrio relinquunt.

Sit tamen (inquit n. 15.) prima Conclusio: Quando lex vel statutum, concedens mensem, disponit, à quo tempore mensis incipiat, ut à die electionis, vel die per iudicem designanda; tunc accipitur mensis, secundum quod occurrit in Calendario, & quod ex illo mense deficit, accipitur de sequenti, & ita habebit mensis ille, triginta dies, vel triginta & unum, ut in Calendario occurrerit: v. g. electio fieri debet intra tres menses, à die vacationis, & talis dies fuit octava Januarii, deficiunt ergo usque ad numerum triginta unius dierum, quibus constat Januarius, septem dies, septima dies Aprilis erit ultima trimestris; quia Ianuarius accipit à Februarii septem dies, & totidem Februarius à Martio, & totidem Martius ab Aprilis.

Sic docet Glossi. cap. Quam sit, 6. de Elect. in 6. verb. Mensem, dicens: Subaudi, Ita docet computandum à tempore &c. & sic secundum Guiliel. & Gar. quòd tot dies habebit iste mensis, quot habuerit ille, in quo præsentata fuit electio: et si dies aliqui lapsi erant; suppletur de mense sequenti: & probatur aperte sup. de Suppl. neglig. Prælat. Licet; ubi duo semestria faciunt unum annum. Si enim diceremus, quòd mensis deberet 30. dies habere, iam non facerent duo semestria integrum annum: sed solum 360. dies, si 31. essent 372. si 28. 336. Est ergo necessarium concludere, quòd fieri debet computatio, secundum quod menses occurrunt; & faciunt ad hoc, quæ notantur ff. de Divers. temp. præscript. l. 2. & idem intellige in tribus mensibus datis ad eligendum, & tribus ad confirmationem petendam, ut infra sequitur. Hæc Glossi.

Quidni igitur in casu proposito eodem modo menses computari debeant? Nam bimestre concessum d. cap. Ex publico, ad de liberandum de ingressu in Religionem, currit à tempore contracti Matrimonii, et si iudex præscribat tempus, ab eo tempore. Atque hæc est sententia Sanchez sup. n. 2. 1.

Eandemque amplectitur Pontius sup. n. 5. ubi sic ait: Tertio observandum est, hoc bimestre computandum, sicut computantur menses occurrentes iuxta temporis occasionem. Sic enim existimo Decretum intelligendum, quoniam alicui poenam mensium imponit, ut scilicet illi menses intelligantur juxta computationem occurrentem. Undè fortè fiet, ut alicui plures dies, alteri pauciores contingant, ut si in mense Ianuario imponatur poena, paucioribus diebus illam sustinebit propter Februarium ingruentem.

Aliquando accipitur mensis in iure secundum quod occurrit in Calendario. Sanchez.

648. Ita docet Glossi. cap. 6. de Elect. in 6.

649. Eo modo accipitur in casu nostro, ex Sanchez, & Pontio.

Item in Decretis poenalibus.

644. Quid si iudex unum mensem designavit?

645. Quid si designaverit quatuor menses?

Quid si appellatur à concessione termini.

646. Quæ causa prorogandi tempus.

647. Quot dies continet bimestre à iure concessum.

gruentem : si autem initio Julii pluribus, propter eos duos menses longiores.

650. *Et votis secundum Pontium.*  
Atque hunc etiam existimo esse communem hominum sensum in votis emittendis. Quare si quis vovit per duos menses jejunare, incipientes à prima die Januarii, teneatur jejunare 31. diebus Januarii, & 28. Februarii, & suo voto satisfaciatur. Similiter, si imponatur poena suspensionis per mensem, aut duos menses, suspensus intelligitur illis diebus, quos continent duo menses, tunc occurrentes à die sententiae.

Unde si Biflextilis Februarius fuerit, dies ille eo anno pertinet ad suspensionem, & jejunii votum; nec poterit ille celebrare, nec alter non jejunare ultimà die Februarii.

Hæc mihi videntur juxta communem hominum sensum dicta, qui menses accipiuntur juxta communem eam computationem & distributionem, singulis mensibus designatam. Nisi enim aliud explicetur, sequimur semper communem hominum sermonem. Juxta hæc ergo intelliges, quot dies attribuendi sint his duobus mensibus, quos ad deliberandum designat Pontificis constitutio.

Aliter sentit Thomas Sanchez lib. 2. de Matr. disp. 24. q. 4. Sed non video fundamentum efficax, quo probet discedendum in eo à communi modo & recepto menses computandi. Usquead huc Pontius.

651. *Oppositum docet Sanchez.*  
Rogas; in quo Sanchez dissentiat à Pontio, nam ex dictis constat, non in omnibus dissentire. Respondeo: in eo, quod Sanchez sup. n. 18. verius existimet, distinguendum esse; ut, inquit, in favorabilibus, in mense biflextili duo dies pro uno cedant; secus in odiosis. Unde suspensus per mensem, si incipiat mensis Februarius biflextilis, poterit celebrare ultima die. Ita Sanchez.

Citat Glossam cap. *Quasi* vovit, de Verb. signif. verb. *Quasi*, ubi sic lego: *Sed pone aliquem suspensum per annum, & est tunc annus biflextilis, nunquid in ultima die possit celebrare? Videtur quod non: quia hi duo dies quasi pro uno reputantur; arg. hic & ff. eod. Cum biflextus, & ff. de Minoribus, Denique §. Minorem. Laurent. dixit contra, arg. legis dicentis, quod si libertas tibi relicta est, si anno servieris, dies illa non computatur in anno, sed tantum 365. dies ff. de Stat. libe. Cum hæres, §. Stichus, & satis videtur; quia cum sit poena, non debet ampliari, sed potius restringi, de Poenit. dist. 1. Poenæ. Tan.*

652. *Fundamentum Sanchezii, Reg. 15 de Reg. juris in 6. & cap. 18 de poenit. dist. 1.*  
Itaque efficax fundamentum, quo probatur, discedendum in eo esse à communi modo & recepto menses computandi, est Reg. 15. de Reg. juris in 6. Oportet restringi, & favores convenit ampliari, cum similibus eod. & cap. 18. de Poenitentia dist. 1. Poenæ legum interpretatione molliendæ sunt potius,

quam exasperandæ, sicut habetur ff. de Poenis, l. 42. Ergo etiam sententia Sanchezii est probabilis, pro qua citantur plures aliorum Jurisperiti, tum Theologi, quos videre poteris apud ipsum sup.

Qui tamen eam intelligit, quando computantur menses vel anni. Nam, inquit, si computentur dies, ut si dicatur, suscipies, annus 40. diebus, computabitur dies biflextilis, quia est verus dies, & sic erunt illi duo dies. Sic colligitur ex l. 2. ff. de Diversi. temp. prescript. ibi: *Et si quis fundum ea lege contulerit, ut nisi in diebus triginta pretium esset solutum, inemptus esset fundus: dies intercalaris (id est, biflextilis) proficiat temporis contrariè videtur.*

Ubi Glossa verbo: *Videtur*, inquit: *Vel lege sine interrogatione: Preterea temporis & die in omnibus esse certum: Velam interrogatione, & tunc non contra videtur: sicut in hoc casu possetur. Sed certum hoc, cur aliter in hoc casu, cum alia dicitur diem intercalarem non computari in diebus anni: ut sup. de Minor. l. 3. §. Minorem Respondeo. aliud est, ubi dilatio indulgetur temporis per species, ut ita dicam, ut annus vel annus, vel mensis; aliud si per indivisum, ut horum dierum. quo casu dies intercalaris computatur, quia dies intercalaris dies est, & exactio dierum hoc facit, & sicut expressè nocet, quia dixit 30. dies, secus si menses, secundum Hug.*

Limitat præterea Sanchez sup. quando suspensio esset absolute per mensem; secus si quando esset per mensem Februarii; tunc enim, cum dies accretens ratione biflextilis, fit verè Februarii, non liceret ultima die Februarii celebrare. Hæc ille.

Cum ergo in casu proposito, concessio mensuris sit favorabilis ei, qui deliberat ingrediendam Religionem, nec non in sui tui Religionis, sequitur ex doctrina Sanchezii & Aliorum, ex hypothesis, quod mensis foret Februarius biflextilis, potius non teneri ingredi Religionem, aut illam reddere, nisi ultimo die Februarii computato. Nunquid de momento in momentum, ita ut non sufficiat, ultimum diem esse acceptum?

Affirmat, Sanchez sup. n. 16. Ratio, inquit, quia tempus incipiens ab aliquo die determinata, computatur regulariter de momento in momentum, ut expressè habetur l. 3. ff. de Minor. §. 3. Minorem autem 25. annis natu, videndum, an etiam diem natalis ad huc dicimus, ante horam, quâ natus est, vel postea, si capus sit, restituitur; & cum nondum compleverit, ita erit dicendum, ut à momento in momentum tempus spectetur. Preterea, si sexto natus est, sive prioris, sive posterioris die, Celsus scripsit; nihil referre, nam id biduum

BIBLIOTHECA  
SACRAMENTUM  
MATRIMONII

pro uno die habetur, & posterior dies kalendaram intercalatur.

Idem docet Pontius sup. n. 6. dicens: Illud optimè declarat Sanchez, numerandos esse eos menses à momento in momentum, & ita completos esse debere. Comune enim & receptum esse dicit, quòd tempus incipiens ab aliqua determinata die, computandum est à momento in momentum, juxta textum in l. 3. §. Minorem, ff. de Minor.

656.

Sed rejecta rationem Sanchez.

Sed queret aliquis (prosequitur) quare non sufficiat dies inceptus pro completo? Hujus rationem Sanchez desumit ex eo, quod de minoris ætatis complemento in jure constitutum est. Quod tamen fundamentum omnino infirmum est. Nam etiam alibi in jure, cum de Minoribus agitur, cæptus dies pro completo habetur, l. 5. ff. Qui test. fac. post. ibi: *Propone aliquem kalendis Januarii natum, testamentum ipso natali suo fecisse quatuordecimo anno, an valeat testamentum? Dico valere.*

Ubi Gloss. verb. *Dico valere*, inquit: *Dies ergo cæptus habetur pro completo.* Et simile est, quod habetur l. 6. ff. de Usurp. & usucap. *In usucapionibus non à momento ad momentum, sed totum postremum diem computamus.* Item l. 134. ff. de Verbi. signif. ibi: *Annus civiliter, non ad momenta temporum, sed ad dies numeramus.*

657.

Ratio Pontii ex Duareno.

Quare (inquit Basilus) dicendum est cum Duareno in l. *Nec per liberos*, ff. de Minor. §. *At Prætor*, in favorabilibus diem inceptum reputari pro completo; in odiosis verò exigi completum. Sic intelligitur responsum Ulpiani in l. 1. ff. de Manumiss. ubi inquit, Minorem non esse, qui diem supremum agit anni 20. ut eo die possit servum manumittere. Sic etiam accipiendum est, quod habetur in d. l. 5. ubi agitur de testamento condendo, favorque testamenti suadet, ut benignius interpretemur, & concedatur potius condendi testamenti facultas, quam ut denegetur.

Sic ergo in hoc cap. *Ex publico*, favore Religionis completus dies exigitur. Qui idem favor versatur in anno probationis, ut profiteri quis non possit ante 16. annum completum, maxime cum lege Tridentini requiratur annus expletus, & dicatur etiam, ut per annum in probatione maneat, non est autem per annum in probatione, nisi compleatur. Hæc Pontius.

658.

Quæ etiam à Sanctio exprimitur.

Qui si plene legisset Sanchium; ea ipsa in hoc Auctore expressa reperisset; sic enim ait sup. num. 22. Credo, annum illum (probationis) de momento ad momentum complendum esse; quia Trident. d. cap. 15. ponit initium computationis illius anni, nempe à die assumptionis habi-

tus; ubicumque autem decretum requirit certum tempus, debet computari de momento in momentum. Non tamen exigitur addere anno unum diem, cum nullo jure id caveatur.

Similiter credo, sexdecim annos implendos esse de momento ad momentum, ut de ætate minori disponitur expressè l. 3. §. *Minorem*, ff. de Minor. ubi deciditur, 25. annos, ne deinceps aliquis minor dicatur, restitutioque sibi concedatur, completos esse de momento in momentum. Ubi Gloss. verb. *Momentum*, ait, hoc esse favore minoris ætatis. Sic ergo cum Tridentinum favore minoris ætatis decreverit, ne Professio valeat ante 16. annum completum: ea ætas simili modo prorsus de momento ad momentum computanda est.

Nec obstat argumentum contrarium (putà, in favorabilibus dies incepta habetur pro completa, per legem: *Qua ætate*, ff. de Testamentis) quia hic occurrit minoris ætatis favor; immo & ipsius Religionis credo hunc esse favorem; cum enim sit altissimus & perfectissimus Religionis status, favor ipsius est; ut in ea ætate assumatur, quæ plenior est deliberatio, & cum eam præscripserit Tridentinum, ut sit 16. annorum, illa debet esse, favore minoris ætatis, de momento ad momentum completa, sicut in simili idem dispositum est favore minoris ætatis d. l. 3. §. *Minorem*, ff. de Minor. Hæc etiam Sanchez.

Cum ergo in casu nostro, d. cap. *Ex publico*, concedat bimestre à die contractus, ad deliberandum de ingressu, tum in favorem ejus, qui deliberat, tum in favorem status Religiosi; quid ni debeat illud bimestre computari de momento in momentum? Sic enim extenditur, seu ampliatur, cum alias restringeretur; dicit autem Reg. juris in 6. *Odia restringi, & favores convenit ampliari.*

Sed contra, dicit aliquis: quomodo ergo verum est, quod sup. dicebat Pontius, in favorabilibus diem inceptum reputari pro completo; in odiosis verò exigi completum de momento in momentum? Nam contrarium videtur sequi ex jam dictis, scilicet in favorabilibus exigi diem completum.

Videat Pontius, quid respondeat. Ego hic subscribam Gloss. in d. l. 3. verb. *Momentum*, quia satis notabilis est, & fortè ex ea Lector poterit responsum colligere.

Itaque sic ait: *Quædam jura dicunt, inspicere tempus de momento ad momentum ut hic, & in præscript. 30. an. ut infra de Alt. & oblig. l. In omnibus temporalibus. Secundo; quædam dicunt sufficere tetigisse ultimum diem, & habetur pro completo, ut in testamentis: ut infra de Testamentis, l. Qua ætate; & in Ma-*

K k k k k

nu.

659. Objectione solvitur.

Tempus bimestre conceditur hic in favorem.

660. Objectione.

661. Solutio colligitur ex Gloss.

numissionibus, ut infra de Manumiss. l. 1. & in legato relicto post tempus, ut inf. de Condit. & demonstr. l. Non putabam, & inf. de Verb. signif. l. Anniculus: & in usucap. ut inf. de Usucap. l. In usucapionibus, & de Diversis temp. præscr. l. In usucapione, in principio. Tertiò; quædam autem dicunt sufficere tetigisse de ultimo anno: ut ad honores & munera, ut inf. de Muner. & honorib. l. Ad rem. Item in restituendo filiis hereditatem, ut inf. ad Trebel. l. Qui filium, §. Sabinus.

Quæ jura sibi invicem contraria videntur, sed non sunt; quia quod de anno incepto dicitur, favore Reipubl. est, ut sint ibi legitimi plures, qui possint eligi, & sic specialissimum. Et eodem modo in hereditate filii restituenda, quæ quasi debita est eis, ut Cod. de Coisicil. l. fin. Item, quod de die cepto pro completo habendo dicitur, semper invenitur favor prorogati, ut hic per hoc in omnibus casibus inducitur ad hoc. Item, quod de momento ad momentum inspiciatur, favor similiter ætatis est, cui ætati est favendum, ut C. de Ad. emp. l. Curabit. At cum præscriptio sit odiosa, restringitur, ut & ibi. Alio respectu inspiciatur de momento in momentum; nam odia sunt restringenda, & favores ampliandi, ut inf. de Lib. & post. l. Cum quidam. Hætenus Gloss.

662.  
Resolutio fi-  
nalis.

Sit itaque resolutio finalis; conjuges possunt per bimestre, à die contractus computandum de momento in momentum, deliberare de ingressu Religionis; neque per eum ingressum dissolvitur vinculum Matrimonii, sed per Professionem, factam expleto de momento in momentum anno probationis, & decimo sexto ætatis.

Si autem à me quæris, an tempore, dato ad deliberandum, teneantur Matrimonium consummare, si non deliberent? Accipe resolutionem meam:

**CONCLUSIO XII.**

Conjuges tempore, sibi concessio ad deliberandum, non tenentur Matrimonium consummare, etiamsi non deliberent.

663.  
Conjuges  
non tenen-  
tur reddere  
debitum in  
trà bimestre  
si delibe-  
rent.  
Scotus.

Quod non teneantur reddere debitum, si deliberent, plusquam meridianum est; nam reddendo debitum, perderent suum privilegium; ac proinde frustrancum esset. Ita apertissimis verbis docet Scotus 4. dist. 32. q. un. n. 2. ibi: Sic non habet jus petendi statim post Matrimonium ratum, licet adhuc non amiserit, quia nondum peccavit; eò quod post Matrimonium ratum licet intrare Religionem: nec oportet statim, sed ad tempus potest stare in sæculo & deliberare: et si teneretur statim reddere, teneretur facere se inhabilem ad Religionem.

De quo ergo hic disputatur? An tenean-

tur reddere debitum intra bimestre, si non tunc deliberent de ingressu Religionis; sed pro tunc nunc firmiter etiam statuerint, non intrare Religionem. Et Conclusio nostram tenet Hiquæus in suo Comment. ad verb. Scoti jam recitata n. 8. dicens: Aliqui moderati hoc (conjuges statim post Matrimonium ratum non teneri reddere debitum) limitant, si nempe aliàs conjux intendat Religionem; si autem non intendit, tenentur ad debitum petiturum.

Sed hæc ratio non satis fundatur; quia reddito debiti tunc tenet ex justitia, quando accedunt circumstantiæ, in quibus obligat præceptum affirmativum, de eo reddendo. In proposito autem non sunt illæ circumstantiæ; neque nascitur obligatio proxima, aut comparitur cum libertate, quam concedit Ecclesia per illud tempus conjugum: ergo petitio debiti potest repelli.

Neque refert; quod cum veniat deo, tunc non cogit de Religionis; quia, ut bene Doctor, huic negotio tempus idoneum deliberationi concedi congruit, imò & Ecclesia meritò concessit, & hoc consonum est juri Divino, quo licet et Matrimonio rato & non consummato transire ad Religionem, qui transitus non tendentiæ, sed cum magna deliberatione in casu fieri debet: ergo requirit moram. Item, licet pro tunc non cogit, potest tamen cogitare pro reliquo tempore, antequam expiret; quinimò etiam prorogare tempus, implorando auctoritatem iudicis, si causa subest, ut plures tenent. Hæc ille.

Idem docet Pontius sup. n. 7. & dicit communem esse sententiam DD. quam illis citatis, sequitur Sanchez disp. 24. c. 1. n. 24. Et probat præterea; quia hoc bimestre non tantum ad hoc conceditur, sed etiam, ut sponsi præparent necessarium lemmitati nuptiarum; & ne sponsus traditam sponfam, parvipendat, eam faciet, si traditio differatur, vel in eo cupidine fruendi illa.

Institutum est (D. Aug. auditi in l. Confess. c. 3. n. 3.) ut jam pacta sponsa tradantur statim, ne vilem habeat mortem, quam non suspiraverit sponsa dicitur. Et Doct. Angelicus 4. dist. 27. q. 1. 1. 1. quæstiuncula 2. ad 2. sic ait: Non statim tenetur (conjux) reddere debitum, post Matrimonium contractum per verba de præsentia, sed datur ei tempus duorum mensium præparandi. Primò, ut interim possit deliberare de transiundo ad Religionem. Secundo, ut præparentur, quæ sunt necessaria ad solemnitates nuptiarum. Tertiò, ne vilem habeat mortem, quam non suspiraverit dicitur. Ergo in casu proposito cesset deliberatio, haud equidem preparatio & vilitas.

666.

Doct. Seraphicus citatur pro nostra Conclu.

Quare Doct. Seraphicus 4. dist. 27. a. 3. q. 2. nullā factā mentione deliberationis, scribit in hac verba: Unde dico; quod si uxor peteres sibi statim debitum, non teneretur reddere, nec Ecclesia cogeret, quod statim redderet; sed saltem dar inducias usque ad duos menses: ultra quod tempus teneretur, aut mulieri debitum reddere, aut ad vitam aliam se transferre. Tunc ergo est vinculum solum, cum homo ad vitam aliam est irrefragabiliter transfusus; Et ideo dicitur mortuus. Et ex hoc patet illud, quod ultimo queritur, quando scilicet soluitur vinculum, videlicet quando ita ligatur, ut non possit redire ad seculum: et si uxor inisset, necesse habet unum sibi de duobus eligere infra duos menses, secundum Canones. Ita D. Bonav. quem propterea citat Sanchez sup. pro nostra Conclu.

667.

Oppositum ultima parvis existimat ex ratione probabilibus Coninck.

Interim oppositam sententiam, seclusā consuetudine, Coninck sup. n. 46. existimat probabiliozem, hac ratione; quia; inquit, quantum est ex natura contractus Matrimonii, per ipsum uterque conjux tradit statim alteri dominium sui corporis, ut docet Apostolus I. ad Corinth. 7. nisi forte ex juris constitutione, aut expressā contraheptium voluntate, aliquid fuerit exceptum: atqui ius illud solum casum excipit, quo alteruter cogitat de Religione ingressu, ut patet ex cap. Ex publico, 7. de Sponsal. ergo, nisi alter inter sponfos convenerit, uterque habet jus statim utendi alterius corpore, tanquam re suā.

Resp. ad argumenta contraria.

Ex quibus (prosequitur n. 47.) patet solutio ad argumenta contraria. Negandum enim est, eos menses ob alias causas concedi: nam cum jus expressē det rationem, cur eos concedat, sine fundamento alias rationes excogitamus; & cum sponsalia præcedant Matrimonium, faciliè interim necessaria ad solemnitatem præparari possunt, ut etiam communiter fit; & diuturnior negatio sponsæ, potest faciliè fieri ante contractas nuptias.

668.

Obiectio. Solvitur.

Dices: jus concedere illos duos menses, etiam non cogitanti de Religione, quia fieri potest, ut interim tale desiderium ei à Deo inspiretur. Sed hoc nec ex jure probari potest, nec ab eo, cum rarissimum sit, considerabile est; quia jus solum, quæ sæpius accidunt, considerat, ut habetur l. Nam ad ea, 5. ff. de Legibus. Si quid tamen hac in re legitimā consuetudine introductum sit, aut inter partes constitutum, hoc servandum est. Hucusque Coninck.

Planè hoc servandum erit; sed & dato, quod nihil in hac re consuetudine introductum sit, necque per partes constitutum, servandum est quod præscribit nostra Conclusio, propter rationes antea expositas, quæ nullatenus ex hoc discursu Regii infirmantur, ut jam ostendo.

669.

Resp. ad argumentum Regii.

Itaque ad argumentum ejus, Respondeo neg. Min. Fateor, d. cap. Ex publico, tractat casum, quo alteruter cogitabat de Religionis ingressu; sed etiam tractat casum, quo mulier jam diu litigaverat de valore Matrimonii, & jam erat per præceptum Episcopi excommunicata: putas autem; quia indè benè inferatur; ergo in illo solo casu conceditur bimestre? Ipse Coninck, ut supra audivimus, existimat hoc jus; secundum communem intellectum DD, universaliter concedere bimestre, à die contracti Matrimonii, independenter ab aliqua lre de valore Matrimonii, aut præcepto Episcopi.

670.

Secunda responsio.

Ergo similiter, tamen solum casum, quo alteruter cogitat de Religione; expressē excipiat; quia ille solus casus erat propositus Pontifici; nihil vetat, quin etiam liceat illud interpretari universaliter; de eo quoque casu, in quo alteruter non cogitat de Religione: prout etiam communiter DD. interpretantur, paucis exceptis.

Et sanè quod attinet ad raritatem nostri casus; nunquid etiam rarissimus casus est, quod quis, deliberans de ingressu Religionis, contrahat Matrimonium? Fortè rarior, quam quod post contractum Matrimonium, ex inspiratione Spiritus S. post aliquod tempus incipiat deliberare, quamquam & rarum sit, & rarissimū, quod sponfi ad duos menses expectent, antequam consumment Matrimonium, & quod per duos menses deliberent de ingressu.

Non est ergo ratio, quare d. cap. Ex publico, potius debeat intelligi de uno casu, quam de alio; sed generaliter voluit providere omni casui possibili, qualis indubiè noster est; voluit, inquam, providere sponso, & sponsæ, ante consummationem, de remedio perfectioris vitæ pro certo tempore, si fortè intrā illud, Deo inspirante, vellent ad eam transire.

671.

Explicatur l. 5. ff. de Legib.

Consideravit ergo dictum jus, & meritò, non tantum casum, qui in illo proponitur; sed cæteros etiam omnes casus, sive qui frequenter, sive qui perrarò accidunt, in quibus eadem ratio occurrit; quod non est contra d. l. Nam ad ea, quæ ad summum significat; quod non soleant leges statui pro uno solo casu rarissimo, quod hic non contingit.

Quantum ad alias rationes, quas expressit Doct. Angelicus, non mirum, quod non exprimentur in d. c. Ex publico; quippe in casu particulari, Pontifici proposito, non exprimebantur; sed solum allegabatur transitus ad Religionem; & ideo hic tantum exprimitur in textu; indè tamen non sequitur, quod aliæ rationes sine fundamento fuerint excogitæ.

Rationes D. Th non sunt excogitæ sine fundamento.

Nec obstat, quod sponsalia de futuro

672.

præ-

Kkkkkk 2

Defenditur  
2. ratio.

præcedant Matrimonium, & quod interim necessaria ad solemnitatem præparari possint; quia id non tam facile fieri potest; siquidem sponsalia de futuro, ob plures causas dissolvi possunt, & sæpè dissolvuntur, adedque periculum est, ne quandoque inutiles lumpus fiant, cum damno sponsi aut celebrata sunt sponsalia de præsentia.

Vid. § 3.

Et hinc etiam, non tam facile fieri potest diuturnior negatio sponsæ, ne fortè hæc sit causa, vel alia causa superveniat, sponsalia de futuro dissolvendi, quæ ratio cessat contracto jam Matrimonio. Igitur propter prædictum argumentum Regii, non judico recedendum esse à communi sententia.

673.  
Dominium  
corporis sta-  
tim trans-  
fertur, sed  
impeditum.

Dominium quidem corporis statim transfertur, sed impeditum ab usu pro aliquo tempore, per legem Ecclesiasticam, putà per d. cap. Ex publico, juxta communem interpretationem DD. & fortè receptam consuetudinem; ac proindè transfertur dominium sub ea tacita conditione, ut alii loquuntur, nisi velit alter conjux toto priori bimestri ad Religionem transire; quare eo non transacto, nequit dici, voluntatem transeundi abesse.

Eruditè & appositè D. Tho. sup. ad 2. Dicendum, inquit, quod ante carnalem copulam non est omninò translatum corpus unius sub potestate alterius, sed sub conditione, si intereà alter conjugum ad frugem melioris vitæ non convolet: sed per carnalem copulam completur dicta translatio, quia tunc intrat uterque in corporalem possessionem sibi tradita potestatis.

674.  
Objectio.

Dices: posset esse periculum incontinentiæ in altero conjuge: ergo in eo casu, dum non cogitat de Religione, debet reddere debitum, si non ex justitia, saltem ex charitate.

Solvitur ex  
Hiquæo.

Respondetur (inquit Hiquæus sup.) neg. Consequentiam; quia, ut benè Doctores, non tenetur consummando Matrimonium, sibi impedimentum Religionis statuere. Plura alia etiam media suppetunt patienti periculum, ut sibi provideat, ne labatur, cui non tenetur, neque ex vi contractus, neque ex charitate condescendere conjux in tantum detrimentum, seu cum impedimento majoris boni sui.

Undè sicut illi, qui amisit jus debiti conjugalis suæ culpâ per fornicationem, neque justitiæ, neque charitatis obligatione tenetur innocens subvenire; ita neque etiam in casu nostro. Quàmvis enim debitum & obligatio ex Matrimonio rato insit, non vivit ad usum, & possessionem corporis alterius in præjudicium suæ libertatis, quæ tam lege Divinâ, quàm humanâ conceditur, intuitu sublimioris boni. Hæc ille.

Quicquid sit de lege Divina, de qua antea disputavimus, saltem lege humanâ conceditur transitus ad Religionem ante consummationem Matrimonii; cumque aliud tempus non determinetur præter bimestre, intra quod debeat transire, vel reddere debitum; neque conveniens fuerit, ut statim post contractum Matrimonium, vel transire deberet, vel reddere, cum multa impedimenta possint occurrere; tum ex parte propriæ voluntatis, vel defectu inspirationis, vel gratiæ Divinæ, quæ Deus non omni tempore largitur; tum etiam ex parte voluntatis alienæ, sive parentum, sive amicorum, seu debitorum aut bonorum, quibus satisfaciendis aut disponendis, longius tempus requiritur; jure merito Ecclesia statuit tempus bimestre, etiam pro his, qui necesse deliberant de ingressingi, sed cum tempore deliberare possunt, aliquando gratia Divina.

Dico consulto: Sed cum tempore deliberare possunt: quia si quis præter inceptum esset ad profitendam Religionem, ita ut ingressus ei sit omninò impossibilis, unde cumque illa impossibilitas oriatur, sive ab intrinseco, sive ab extrinseco, tali dispositioni (inquit Hiquæus sup.) non favet Ecclesia; quoniam cessante possibilitate ingressus, cessat consultatio seu deliberatio, & consequenter facultas ad eam data, modo finis in re & in spe cessat.

Tali ergo casu, secundum illum Auctorem, teneretur sponsus statim reddere debitum; non solum quando foret periculum incontinentiæ, sed etiam omni hujusmodi periculo seculo; quia jam nullum est jus quod impediat dominium corporis ab eorum usu. Alioqui, tali jure existente, bonum proprium Religionis, quo se privat sponsus per consummationem, prævalet penam alienæ incontinentiæ.

Sed quid, interrogat aliquis, si transitus ad Religionem, vel tempore, à judice prædicto, non transit, ad consummandum Matrimonium, neuter sponsus ad Religionem transit, & Matrimonium consummatum non est, nec tunc ne adhuc transire, quantumcumque tempus elapsum sit? Videtur non posse (supra Sanchez sup. n. 26.) quia transacto bimestri, tenetur alter sponsus alteri debitum reddere, & potest ad id compelli; ergo non potest ingredi, cum hæc sint incommoda.

Et confirmatur; quia quando judex precepit sponsus, ut intra certum tempus ad Religionem transeat, vel Matrimonium consummet sub excommunicationis pena, potest, si neutrum fecerit, statim eo terminato elapso excommunicare illum; ergo non tunc transire; si enim posset, injusta foret.

excommunicatio lata postea, eò quòd non consummat, nec illam incurreret. Ita argumentatur Sanchez pro hac sententia; nullum tamen pro ea citat Auctorem.

statim Religionem, irrogabitur injuria, si per vim cogatur ad consummationem, quidquid in contrarium sentiat Basilius, nullo vel debili fundamento. Hæc ille.

678. Iple autem oppositam tenet; quia, inquit, licet peccarit, negando debitum post id bimestre, etiam si Religionem ingredi intendere; minimè tamen amisit jus statim ingrediendi: cum Christus absolute concesserit hoc privilegium Religionis Professioni, ut semper dirimat Matrimonium ratum. Hæc ille.

Si inferas: ergo nihil distat inter illud bimestre, & reliquum tempus. Respondet idem Auctor; latum esse discrimen: quia eo integro bimestri licebit debitum negare, licet ab sit Religionem ingrediendi voluntas; eo autem transacto, neuter sponso alteri debitum negare potest, nisi statim transferat se ad Religionem; jam enim deliberandi tempus cessavit.

679. Instat aliquis; fieri gravem injuriam sponso, in seculo manenti, quia cogitur diutius expectare. Respondet Sanchez: irrogatam esse injuriam, non consummando, nec ingrediendo Religionem: at si statim alter transeat, non irrogari; quia par est utriusque conditio, & hac tacita conditione contrahunt, ut, quodcumque non consummaverint, possint ad Religionem transire. Ita Sanchez pro sua opinione.

Eam docet Gloss. in d. cap. Ex publico, verb. Intra duorum, ibi: Sed pone, quòd elapsum est tempus statutum, nunquid adhuc potest intrare Religionem? Dico quòd sic semper ante carnalem copulam; iudex tamen debet præfigere terminum peremptorium, infra quem profiteretur, vel convertatur ad virum, alioquin eam excommunicet.

680. Eandem sententiam amplectitur Pontius lib. 9. c. 9. n. 7. dicens: Quàmvis transacto bimestri, jam conjux teneatur reddere, & alter nullam injuriam irroget, si renuentem comprimat illatâ violentiâ: at si adhuc transacto bimestri, transeat ad Religionem, factum tenebit. Non enim amisit privilegium ingrediendi Religionem, & assumendi Statum perfectiorem, si nondum consummatum est Matrimonium.

Undè nec revocari potest ab assumpto Statu: imò si excommunicatione latâ præceptum sit, ut transacto bimestri consummet, & ille eo elapso non consummet; incidet quidem in excommunicationem ob contumaciam, sed si transeat ad Religionem, absolvendus erit, quæ rectè docet Tho. Sanchez disp. 24. cit. n. 26. Ita Basilius.

681. Sed hæc ejus doctrina reprehenditur à Dicastillone hic disp. 2. n. 413. ubi sic ait: Quapropter, etiam post transactum bimestre, ante consummationem volenti ingredi

Quia, inquis, alter habet semper jus in-

Ego autem puto, Dicastillonem perperam intellexisse Basilius; nam quando dicit hic Auctor: Si renuentem comprimat, loquitur de renuente, non solum reddere debitum; sed etiam statim intrare Religionem: & indubitatum est, talem renuentem posse comprimi illatâ violentiâ. Et de hac specie facti intelligit Sanchez lib. 2. disp. 22. ubi quærit: utrum copula, per vim extorta, ita consummet Matrimonium, ut neutri sponso liceat ad Religionem transire? Et respondet n. 1. Quæstio hæc, si intelligatur de copula, vi extorta post bimestre, concessum uxori ad deliberandum de Religionis ingressu, dubio caret. Quia cum vir utatur jure suo, utendo corpore sibi debito, verè consummatur Matrimonium, & neutri licet ad Religionem transire. Hæc ille.

Atque ut loqueretur Pontius, etiam de eo, qui statim vult intrare Religionem; quæro (inquit aliquis) ubi Christus vel Ecclesia absolute concessit hoc privilegium solemnî Religionis Professioni, ut semper possit intrare Religionem? Lego quidem in Concilio Trident. sess. 24. de Matr. can. 6. Matrimonium ratum, non consummatum, per solemnem Religionis Professionem alterius conjugum dirimi: sed ubi scriptum est, quòd semper liceat alteri conjugum solemniter profiteri?

Quid si præviè promississet, & jurasset, quòd non intraret Religionem; sed statim consummaret Matrimonium, censetur quòd licitè possit intrare Religionem, & quòd non possit comprimi illatâ violentiâ? Quid si intulisset damnum, non aliâ viâ reparabile, quàm per consummationem Matrimonii, existimas, quòd non possit comprimi illatâ violentiâ, si renuat consummare? Hæc dispice.

Interim si profiteretur, non dubito, quin prius Matrimonium foret dissolutum; hoc enim definit Tridentinum. Et ideo dicit Pontius: Si adhuc transacto bimestri transeat ad Religionem, factum tenebit, id est, Professio erit valida, & dirimet Matrimonium. Ergo licita est: neg. Consequentia.

Nunquid bene sequitur: venditor ante traditionem rei venditæ, validè eam vendit tertio; ergo licitè, ita ut prior emptor non possit eum impedire violentiâ à secunda venditione? Ergo similiter in hoc casu, dicit aliquis, tametsi Professio, post bimestre facta, valeat & dirimat Matrimonium, equidem injuriosa foret alteri parti. Cur ergo ab ea, etiam per vim nequeat impediri?

Quia, inquis, alter habet semper jus in-

Explicatur doctrina Pontii.

682. An possit violenter comprimi, qui transacto tempore vult profiteri

Professio foret valida & dirimet Matr.

683. An inde bene sequatur, quòd sit licita.

K k k k k 3

*Probatio partis affirmantis impugnatur. Sanchez.*

grediendi Religionem. Sed hoc est, quod quaeritur, & ab Adversariis negatur. Unde videtur petere principium Sanchez supra n. 28. ubi respondet ad argumentum Adversariorum; teneri reddere debitum, & posse compelli, si non statim ad Religionem transeat. Nam ex eo, quod possit compelli, inferunt Adversarii, jam amplius non habere jus transeundi ad Religionem; quoniam non satis constat, ubi vel Christus, vel Ecclesia, concesserit illud jus; cum, etiam secundum Sanchez, fieri possit, ut in aliquo alio casu ille transitus non liceat, ut videmus Concluf. sequenti.

684. *Probatur pars negans. Resp. Sanchez.*

Et sane, si liceat in casu praesenti, videtur quod jam non poterit justè excommunicari, ut supra argumentabantur Adversarii. Respondet Sanchez sup. Si Judex fulminarit excommunicationem laeae sententiae in sponsum, intra illud tempus non consummantem, transacto illo tempore, incurrit illam ob contumaciam, & ita ligatus erit usque ad introitum, & tunc absolvendus est: si verò erat excommunicatio ferenda, non potest excommunicari, si statim ingrediatur: si autem differat, potest absque alia monitione excommunicari ob contumaciam praeteritam; quia quando praecipitur aliquid sub excommunicationis poena, potest non obtemperans, absque alia monitione excommunicari: nam id praecipitur, fuit monitio, & praecessit contumacia, non obediendo: si autem ingrediatur, debet absolvi. Hæc ille.

685. *Impugnatur.*

Sed cur debet absolvi, si ingrediatur, cum antea fuerit contumax? Quia, inquis, jam cessat illa contumacia; nam solum erat ei praecipitur, ut vel consummaret Matrimonium, vel ingrederetur Religionem. Fateor; sed intra bimestre, jam autem ingreditur, bimestre transacto. Respondetur: ingressus intra bimestre est factus impossibilis, adedque ex ea parte cessat contumacia; quia tamen si vellet, non potest amplius praecipitur Ecclesiae adimplere. Et aliunde per hunc ingressum satisfit parti laeae; quia hæc non habet jus determinatè ad consummationem; sed ad consummationem, vel ingressum.

*Responsio.*

Si dixeris: hoc est quod quaeritur: nam Adversarii negant jus ingrediendi. Igitur hoc jus manet probandum, quod haecenus non est factum.

686. *Probatio partis affirmativa, ex c. 2. de Conjug. Dicast.*

Respondetur; quod haecenus non est factum, jam fiet; & probatur illud jus ex cap. 2. de Conjug. conjug. ubi, absque limitatione alicujus temporis dicitur: *Verum post consensum legitimum de praesenti, licitum est alteri, altero etiam repugnante, eligere monasterium* &c. Et alia jura similiter loquuntur: porro tempus bimestre assignatur d. cap. *Ex publico*, tantum, ut intra illud non possint cogi ad consummandum; possint autem post

illud transacto cogi, vel ad consummationem, vel ad statim ingrediendum Religionem; non verò ad hoc, ut statim recedant ad consummationem, & non possint ingredi. Ita Dicastillo sup. n. 412.

Sed contra: tempus bimestre assignatur d. cap. *Ex publico*, ut intra illud, non eo transacto, debeat mulier ad Religionem transire, vel Matrimonium consummare, recepta super hoc sufficienti cautione, ut patet ex verbis textus. Ergo potest cogi, ut intra illud tempus, vel ingrediatur Religionem, vel Matrimonium consummet, si ergo nolit ingredi, sed velit expectare, donec bimestre sit transactum, quid potest cogi, ut intra illud tempus, vel Matrimonium consummet, vel fiat transitus ad Religionem? Expectabo responsum. Interea quæro, an consummatio Matrimonii, per vim cogitæ, est tortura, præjudicet innocenti. Respondetur...

**CONCLUSIO XIII.**

**Consummatio Matrimonii, per vim aut metum gravem injustè extorta, non præjudicat innocenti. Nocens nequit inire aliud Matrimonium.**

**S**uppono, per copulam violentam, sive justam, sive injustam, consummari Matrimonium; quippe cum per eam fiat commixtio sanguinum, sunt utique per eam sponsi una caro, & ea per se nata est sequi generatio prolis; quod & non aliud requiritur ad Matrimonium consummatum, ut latius videre poteris Sect. 3. Concluf. 10.

Unde etiam ex tali copula oritur affinitas, ut habetur cap. *Discretionem*, & dicitur qui cognovit &c. ibi: *Et mulier propter publicam honestatem est moneada solui, ut primum repetat, cujus sanguinem in se inivitam, cognovit.*

Et intra: *Sed nec affinitas, que per tractum legitime Matrimonium, inter uxorem inique contrahitur, et debet esse, que hujusmodi iniquitatis participet non parit.* Non oritur autem, nisi per eam copulam fierent una caro, ut Part. seq. videtur, ubi de impedimento Affinitatis.

Si dixeris: Matrimonium consummatum repræsentat voluntariam unionem Christi cum Ecclesia per carnem; ergo copula consummariva debet esse voluntaria: non est autem in casu proposito voluntaria, sed est ex parte unius.

Respondetur: sufficere ad consummationem Matrimonii, & per consequens ad consummationem Matrimonii indissolubilitatem, quod

B O N O S C O  
Sacramentum  
paris

quod repræsentetur unio Christi cum Ecclesia quoad substantiam, licet non quoad modum; sic autem repræsentatur per copulam in casu præfenti; nam per eam fiunt conjuges una caro, sicut Christus per carnem est unicus Ecclesiæ; licet modus aliquis deficiat, quia Christi unio fuit omnino spontanea & voluntaria; hæc autem ex parte involuntaria, & ex parte voluntaria.

690. Ad omnimodam indissolubilitatem Matr. non requiritur voluntaria consentatio.

Porro ubi scriptum est, quod Matrimonium non sit omnino indissolubile, nisi repræsentetur unionem Christi cum Ecclesia per carnem, tam quoad substantiam, quam quoad omnem ejus modum? Præsertim cum indissolubilitas Matrimonii non dependeat ab illa repræsentatione, tamquam à radice, ut alibi ostendimus; sed principaliter à voluntate Dei.

Nupiam autem Deus vel Ecclesia significavit, solum illud Matrimonium esse omnino indissolubile, quod ab utraque parte voluntarie consummatum fuit: sed è contrà, manifestè satis Ecclesia declarat, sufficere quamcumque consummationem, quando cap. 2. de Convers. conjug. ait, licitum esse alteri, etiam altero repugnante, eligere Monasterium, dummodo carnalis commissio non intervenerit inter eos.

Probatio ex c. a. de Convers. conjug.

Et pro ratione assignat: Quia cum non fuissent una caro simul effecti, satis potest unus ad Deum transire &c. Ergo si intervenerit inter eos carnalis commissio, per quam sint una caro effecti, liquet profectò, quod neuter possit transire ad Deum, sic quod per illum transitum Matrimonium dissolvatur; jam autem in casu nostro supponitur intervenisse talis commissio, quamvis ab una parte involuntaria. Porro nec in illo jure, nec in aliquo alio simili, ulla fit mentio alicujus voluntaretatis, ut sic loquar; quo igitur solido fundamento hæc requiritur?

691. An Abbas licens contrarium. Sanchez.

Citat Sanchez lib. 2. disp. 22. n. 3. Aliquos, qui videntur eam requirere & inter cæteros Abb. d. cap. 2. in fine; sed hic Auctor expressè ibi non docet, Matrimonium dissolvi, ut patet ex his ejus verbis: Extra Gloss. quaeritur: quid si sponsus cognovit sponsam violentè, nunquid possit sponsa intrare Religionem, invito sponso? Dubium facit, quod effecti sint una caro, licet violentè; cessat ergo ratio hujus literæ.

In hoc sunt diversæ opiniones, quas vide plenè per Joan. Andr. in mer. l. 6. in Reg. Ea quæ contra, de Reg. juris, & ibi videtur sequi opinionem Bar. Brix. qui tenuit, talem sponsam vi cognitam ingredi posse Religionem, invito sponso, ne delinquens sit melioris conditionis, quam sapiens; arg. cap. Eum qui, de Præb. lib. 6. Item; quia non videtur communicasse corpus suum, ex quo invita fuit cognita: facit 32. q. 5. §. 1. cum cap. seq. Hæc ille.

Ubi, ut vides, non aliud expressè docet, quam quod habet nostra Conclusio; scilicet, ratione injuriæ sibi illatæ, sponsam violentè & injustè oppressam, posse intrare Religionem, invito sponso; quod autem per illum ingressum dissolvatur vinculum istius Matrimonii; ibi expressum non legitur.

692. Videtur quod non.

Dices: saltem id innuitur tacitè, hoc ipso quod insinuat, in eo casu dict. literam non cessare: aut in d. litera conceditur sponso, transire ad alias nuptias.

Objectio.

Planè conceditur, sed sponso, in quo non cessat ratio legis, id est, sponso, qui non comunicavit voluntariè corpus suum sponsæ: alioqui & in illo casu sponsus posset, invitâ sponsâ, quam violentè oppressit, Religionem ingredi, & sic Matrimonium dissolvere, quod non videtur credibile.

Solutio.

Deindè: si hæc sententia foret vera, sequeretur, quod etiam sponsa, quam sponsus justè oppressit, quia post bimestrè, nec voluit ingredi Religionem, nec debitum reddere, lequeretur, inquam, talem sponsam posse ingredi Religionem, invito sponso, & ita dissolvere Matrimonium, quod non puto aliquem facilè concessurum.

693.

Alia probatio ab inconvenienti.

Id autem rectè inferri, inde probatur, quod etiam tali casu sponsa non videatur communicasse corpus suum, ex quo invitata fuit cognita. Debit quidem esse voluntaria, adedque ex hac parte est aliqua differentia; interim absolute non fuit voluntaria, sed planè invita.

Quidquid ergo sit de mente Abbatis, & aliorum Auctorum, qui à Sanchio citantur pro hac sententia, ipsa mihi displicet, vel ex hoc solo, quod manifestè cesset ratio literæ, in ipsa litera expressa. Et præterea (inquit Sanchez sup. n. 4.) quia constitutio dissolvens Matrimonium, tamquam odiosa, eò quod Matrimonium favorabile sit, c. fin. de Sent. & re judic. non est extendenda, sed restringenda, ut intelligatur de Matrimonio, quod nullo modo est consummatum.

694.

Tertio probatur.

Sanchez.

Sed ad hoc citius Adversarii responderent; quod præfens constitutio dissolvens Matrimonium, potius favorabilis censeri debeat, quia facta in favorem Religionis; & idè potius extendendam esse, ut intelligatur de Matrimonio, quod non est omnimodè ex parte utriusque consummatum.

695.

Resp. Adversario-rum.

Rogas: cur ergo non extendamus? Respondeo: quia favores non sunt extendendi ultra proprietatem verborum, maximè contrà mentem Legislatoris, quæ hic colligitur ex ratione legis, in ea expressa; quæ, sicut dictum est, & Adversarii videntur admittere, cessat in casu proposito; & valdè improprie dicitur, illud Matrimonium non esse consummatum, cujus copu-

Cuv d. cap. 2. non extendatur.

la

la fuit violenta ex parte unius; imò et si fuisset in voluntaria ex parte utriusque, v.g. si in plena ebrietate fuissent sponsi copulati.

696.

Quæ cum ita sint, nihilominus dico, partem innocentem, invitâ parte nocente, posse ingredi Religionem; quàmvis non pauci oppositum doceant (quos citat Sanchez sup. n. 5.) scilicet, non posse ingredi.

Oppositum prima partis Conclus. variè probatur.

Et probant 1, quia omnia jura clamant, Matrimonio consummato, neutri conjugum altero invito, licere transitum ad Religionem: cum ergo non distinguant, utrùm copula vi vel spontè habita sit, nec nos distinguere debemus; cap. *Consulisti*, 2. q. 5. Secundò: quia vir usus est jure suo, exigendo corpus sibi traditum per Matrimonii vinculum. Tertio: ex cap. fin. dist. 55. ubi deciditur, non prodesse, violenter oculum erutum esse, quò minus eo orbatus, irregularis sit. Quarto; quia ex ea copula potest nasci proles, cui per matris Professionem maxima injuria irrogabitur, non enim poterit commodè educari. Hæc illi.

697.

Docet illud Hostiensis, motus secundâ ratione.

Equidem, propter secundam rationem, docet hanc sententiam Hostiensis Sum. tit. de Convers. conjug. n. 9. ibi: Quid si virgo erat, & dum properabat ad Monasterium, causâ ingrediendi, eam maritus securus est, & violenter defloravit eam; ipsa verò cum evasisset, nihilominus intravit, certè reddenda est marito, quæ jure suo usus est; arg. sup. de Elect. *Cum Ecclesia Vulterrana*, in fin. Sed contra: quia perinde est, ac si non fuisset cognita, ut 32. q. 5. §. 1. & cap. seq.

Solutio: illud intelligas, quoad salvationem animæ; nec enim idèd, quia coacta fuit mulier primâ nocte, & invita cognita, non consummatum Matrimonium judicabo; quoniam negari non potest, quin una caro effecti sint, Sacramento Matrimonii præcedente, infr. eod. *Ad Apostolicam*, 32. q. 5. Si Paulus, & ex quo cognoscitur, præsumitur consentire, inf. Qui Matrim. accus. non pos. *Insuper*. Hæc ille.

698.

Resp. ad illam rationem. Sanchez.

Sed facilis est responsio; putà, maritum tali casu non fuisse usum jure suo; quàmvis enim haberet dominium corporis, tamen per legem usus erat impeditus pro illo tempore, & idèd injustiæ reus est; quia, ut notat Sanchez sup. n. 6. (ubi tenet nostram Conclus.) non solum injustè petit, qui petit non debitum; sed etiam, qui prævenit tempus, Infr. de Act. §. 34. ibi: *Plus autem quatuor modis petitur, re, tempore, loco, & causa.... Tempore, veluti si quis ante diem, vel ante conditionem petierit. Quâ enim ratione, qui tardius solvit, quàm solvere deberet, minus solvere intelligitur, eadem ratione, qui præmaturè petit, plus petere videtur.* Jam autem in casu nostro præmaturè petitur copula; quia per

Infr. de Act. §. 34.

Matrimonium traditur statim corporis potestas, sub tacita tamen conditione, nisi aliter intrâ legitimum tempus Religionem eligat.

Supponit ergo nostra Conclusio, intervenisse violentiam injustam, ut patet ex illis verbis: *Injustè extorta*; non quod corpus esset res aliena, vel non sua; sed quia de dicto est, usus fuit præmaturus, scilicet pro illo tempore, quo nondum habebat jus utendi; adèdque non fuit usus jure suo, ut perperam ait Hostiensis. Igitur secunda probatio Adversariorum parvi vel nullius est momenti.

Uti & tertia; quia textus ille loquitur de irregularitate, quæ cum ex membri defectu & deformitate confertur, non volens tatem, sed factum respicit. Et quis potest ambigere, quin idem in defectu, & eadem deformitas, quocumque modo confertur, erutus? Hic autem non respicitur defectus corporis, aut deformitas, non enim ante Matrimonium fuit sponsa corrupta, equidem post Matrimonium possit vitare Religionem intrâ bimestre.

Igitur ad dependendum ex toto hoc privilegium, non tam factum, quàm ipsa voluntas attenditur, quæ voluntas hic defuit, ut supponitur. Quamquam & ipsum factum attendatur, sine quo nunquam erit Matrimonium consummatum, & cum quo factum per erit consummatum; & idèd dependitur privilegium istud ex parte, quia videlicet non dissolvitur amplius istud Matrimonium, ut sup. diximus; tamen etiam attenditur voluntas, quæ est, vel debet esse, ut ex toto dependatur privilegium, sic ut nec sponsa possit intrare Religionem; & si intraverit, possit revocari, & teneatur egredi.

Nisi fortè per accidens, ratione dicitur proles, ex ea violenta & injusta copula, quæ abique matre commoda educari nequit: sed si possit, sicut sepius accidit. Unde ex hac parte non sequitur, vel major obligatio, non intrandi, vel egrediendi Religionem, quàm si proles facta non ex fornicatione. Et sic patet responsio ad 4. probationem Adversariorum.

Restat prima, quæ videtur esse matris efficax, & propter quam Pontius sup. cap. 10. n. 3. amplectitur illam opinionem, censens: *Mihi videtur, jam non posse transire ad Religionem in eo casu. Ratio, quæ ea movet, hæc est. Tum; quia Matrimonium jam consummatum est, & jura sine distinctione loquuntur. Quare ubi jus non distinguit, nec distinguendum est, nisi tempore sequatur.*

Tum etiam; quia cum in eo casu non dissolveretur vinculum, si femina ad Religionem transiret, grave nimis esset, vitare

B O N O C C O  
Sacramentum  
paris  
D E X

innuptum deinceps manere, & sine conjugibus, quod, nisi causam dedisset perpetui divortii, ferre non debet. In isto autem casu non dedit perpetuo divortio causam. Non ergo potest, eo invito, ad Religionem transire.

Tum præterea; quia grave nimis esset, virum obligare ad suscipiendum Religionis statum, cum nolit continere.

Adde denique rationem hanc: quia vel illa foemina transire potest ad Religionem in eo casu, ex vi privilegii, quod vel Ecclesia vel Christus concessit Religioni, ut liceat eligere meliorem vitam, quã dirimatur status Matr. & ex hoc capite jam non potest ad Religionem transire; quia illud privilegium tantum est concessum comparatione Matrimonii non consummati. In hoc autem casu, etiam ipse Tho. Sanchez fatetur, consummatum esse. Concessum etiam in eo privilegio est, ut dirimatur Matrimonium, quod tamen in hoc casu non dirimitur, cum revera consummatum sit.

Vel potest foemina ad Religionem transire, ex juris decisione, quã concedat transitum ad Religionem post consummationem. Et hoc non; quia in eo eventu nulla est causa ex his, quæ jure constitutæ sunt, ad transiendum ad Religionem, invito conjugē. Non est autem extendenda juris dispositio ab adulterio, & hæresi, ad istum casum. Quæ enim paritas rationis inveniri potest, licet Tho. Sanchez æquiparare voluerit? Quare contrariam sententiam à praxi omnino alienam existimo. Hucusque Pontius. Satis bene præ sua sententia, quæ indubiè probabilis est.

Interim Conclusionem nostram Sanchez sup. n. 6. existimat multò probabiliorem, propter sequentes rationes. Prima; quia sponsus gravem intulit injuriam, cum non haberet jus copulam extorquendi ante bimestre, concessum cap. Ex publico, de Convers. conjug. & illa non potest aliter jus suum recuperare, nisi per ingressum.

Secunda; quia dolus nemini debet patrocinari, nec viri culpa alterius bonum impedire debet, ne culpæ reus commodum inde reportet, c. Ad nostram, §. de Empt. & vendit. ibi: Quia igitur fraus & dolus cuiquam patrocinari non debent, cum multis similibus.

Tertia; quia propter adulterium, hæresim, & cetera, potest uxor virum deserere, & ingredi Religionem, manente Matrimonii vinculo; ergo & propter hanc violentiam; non enim minus est hæc contra jus Matrimonii; quàm illa.

Quarta; quia juris beneficium auferendum non est à foemina, quæ dissentit, cap. Indultum, 17. de Reg. juris in 6. Indultum à jure beneficium, non est alicui auferendum.

Quinta; quia sine culpa nemo debet jure

suo privari, cap. Discretionem, ad finem, de Eo qui cogno. confang. cum ergo foemina invitata, & absque sua culpa fuerit cognita, non debet jure, quod habebat ingrediendi Religionem, privari.

Hæ sunt rationes, propter quas Concl. nostra, si non probalior, meritò tamè probabilis censeri debeat; nec omnino à praxi aliena, quæ non solet favere nocenti, sed potius innocenti. Et idè nos dicimus, nocentem non posse intrare Religionem, secus innocentem.

Sed quo jure id concedimus innocenti? Hoc opus hoc labor est; nam omnes rationes Pontii, in id unum collimant, quòd non sit aliquod jus, sive positivum, sive naturale, quod concedat illum ingressum innocenti, absque dissolutione vinculi.

Undè qui admittunt dissolutionem vinculi, dicentes, ut sup. audivimus, per talem copulam non consummari Matrimonium; hi, inquam, nullatenus premuntur, argumentis Pontii: nam confestim respondent, innocentem posse transire ad Religionem ex vi privilegii, quod vel Ecclesia, vel Christus concessit Religioni, ut liceat eligere meliorem vitam; nec tantum innocentem, sed etiam nocentem, si aliã viã possit injuriam illatam refarcire.

Sed quia nos cum Sanchio diximus, per talem copulam revera Matrimonium consummari, vinculumque per ingressum partis innocentis non dissolvi; ac proinde, ut habet altera pars Conclus. nocentem non posse inire aliud Matrimonium; hinc majorem patimur difficultatem.

Et quidem Sanchez sup. n. 10. respondet, ea jura, quæ negant transitum post Matrimonium consummatum, intelligi quando Matrimonium absque injuria consummatum est; & licet (inquit) ea id non explicant; colligitur tamen ex aliis, quæ n. 6. retulimus, probantibus, nemini fraudem propriam patrocinaturam. Hæc ille.

Igitur innocens potest intrare Religionem, etiam nocente invito; tum ex vi privilegii, quod Ecclesia, vel Christus, concessit Religioni; tum ex jure naturali, quod dicitur, unumquemque posse tueri jus suum contra injustum invalorem, vim vi repellendo; & injustè ablatum, omni medio possibili posse recuperare, ne culpæ reus commodum reportet, & injustitia ei opituletur. Jam autem in casu proposito, alio modo non potest innocens tueri, aut recuperare jus suum, quod certò habebat, ante illatam violentiam, ex privilegio Ecclesiæ vel Christi, quàm intrando Religionem.

Et quoniam non est necessarium ad defensionem juris sui, ut Matrimonium dissolvatur, cum illa dissolutio non possit cedere, nisi in favorem nocentis, qui non est dignus

L 11111 illo

705.

Quo jure in casu proposito innocens possit intrare Religionem.

706.

Resp. Sanchez.

707.

Videtur quòd titulo ius hæc defensionis.

Hic titulus cessat in nocente.

702.

Quarta probatio.

703.

Conclusio nostra est probabilior. Primario Sanchez.

Secunda.

Cap. §. de Empt.

Tertia.

704.

Quarta.

Quinta.

illo favore; hinc cessat illa dissolutio, cum reverà Matrimonium consummatum sit; imò & voluntariè consummatum ex parte nocentis; ut proinde huic non competat jus intrandi Religionem, innocente invitâ, juxta Sanchium sup. n. 8. quia in ipso cessat ritulus justæ defensionis, propter quem ille ingressus conceditur à DD. innocenti.

708. An injuria, qua hic intervenit sit grave peccatum.

Quòd autem grave sit, virum nocentem inuuptum deinceps manere & sine conjuge, nemo inficiari potest; sed quòd nimis grave sit, unde probatur? Quâvis enim non sit omnino æqualis malitiæ cum adulterio; equidè invenitur aliqua paritas, quæ in eo consistit, quòd sicut adulter frangit fidem, debitam suæ conjugi ex vi contractûs Matrimonii; ita etiam oppressor conjugis, fidem violat, debitam ex vi contractûs Matrimonii, qui ea conditione initus fuit, ut uterque retineret liberum usum sui corporis pro determinato aliquo tempore; quæ libertas injustè eripitur per violentam oppressionem in casu proposito. Sibi ergo violentus & injustus oppressor imputare debet, quòd deinceps teneatur manere sine conjuge, donec prius Matrimonium per mortem innocentis, quæ intravit Religionem, dissolvatur.

709.

Affirmat Sanchez propter diversas rationes.

Sed dicit aliquis: si sponsa oppressa injustè, adhuc potest intrare Religionem; ergo oppressor non peccavit, saltem lethaliter; ergo non videtur dignus tantâ poenâ.

Respondet Sanchez sup. n. 15. peccare lethaliter, i. quia aufert corporis integritatem, cum non habeat jus, donec bimestre transeat. Præterea; quia jus certum sponsæ transeundi ad Religionem, reddit valde dubium & litigiosum; & lite mora impediatur Professio, usque ad litis conclusionem, magnisque sumptibus opus erit litis eventus; fortè enim judex amplectetur probabilissimam sententiam, docentem, non posse ingredi. Præterea; quia fortè ex ea copula sequetur proles, ob quam sponsa impediatur ab ingressu.

710.

Indissolubilitas Matr. tali casu non est poena.

Deinde; quia DD. omnes allegati n. 6. ad eò gravem hanc injuriam reputant, ut, non obstante Matrimonii consummatione, credant esse sufficientem, ut sponsa possit perpetuum facere divortium, profitendo Religionem, manente sponso ligato Matr. vinculo. Tandem; quia potest sponsum in foro externo puniri; pro culpa autem veniali iniquum esset plecti in foro externo. Hæc ille.

Atque ut non peccasset lethaliter; equidem perdidit privilegium intrandi Religionem, cum dissolutione Matrimonii; quia voluntariè Matrimonium consummavit ex sua parte; adeò quæ sicuti ipso intrante, etiam de consensu innocentis, non dissolvitur Matrimonium; ita nec parte innocente intrante dissolvetur, cum vinculum Matrimonii claudicare nequeat. Undè quòd Matrimonium tali casu non possit dissolvi, non est propriè dicta poena, sed effectus consummationis, qui eam sequitur, etiam cum sit sine omni peccato, ut nimis clarum est.

Maneat ergo, non obstantibus rationibus Pontii, ex adverso adductis; sponsam à sponso posse eo invito, intrare Religionem, & solemniter profiteri; non; quin consummatum sit, sed quia per injuriam consummatum, quæ aliâ vià reparari non potest; & quia consummatum est, hinc vinculum Matrimonii permanet; ideoque sponsa in sæculo permanens, nequit, ut supra dictum est, eâ vivente, aliud Matrimonium contrahere.

Atque eadem videtur esse ratio metus 711. gravi seu cadentis in virum constitutus, ut si tali metu sponsa oppressa à sponso, possit Religionem ingredi, quæ in Sanchez sup. n. 12. ratio, ad quam spectat, quomodo ingressus, quando copulæ error est, non est defectu voluntatis, sed ratione injuriæ illatæ, & injustitiæ, à sponso admittit, similis autem injustitiæ est, quando timore gravi copulam extorsit.

Et ideo hanc sententiam putat Sanchez ibi; esse probabiliorē, quamvis oppositam, pro qua n. 11. citat plures Auctores, vocet satis probabilem; eò quod præcisè vis omnimodâ libertate privet, sed metus gravis, cum quotat sufficientem libertatem ad peccandum mortaliter; ergo etiam ad seipsum privandum privilegium intrandi Religionem post Matrimonium ratum.

Nobis magis placet sententia Sanchezii, & solutio argumenti Adversariorum, clarior elucet ex jam dictis; pura, quia non defectu libertatis, sed propter injuriam licitæ talis ingressus.

Quid ergo, inquis, si aliquis traderet suam suam tertio, sive consanguineo, extraneo, vi opprimendam, quæ per oppressionem, ipse perdidit privilegium intrandi Religionem? Quòd ipsa non perdidit suum privilegium, liquido constat.

Sed & quod ipse non perdidit, ut valeat, invitâ sponsâ, intrare Religionem, eaque solemniter profiteri, cum dissolutione prioris Matrimonii; id, inquam, ex hoc solo satis videtur probari; quòd Matrimonium nec ex una, nec ex altera parte consummatum; definit autem Tradentium, ut ex antè dictis patet, Matrimonium ratum dissolvi per solemnem Religionis Professionem; quidquid sit de hoc, quòd liceat, vel non liceat Proficillo (sicut in casu proposito non licet, ratione illatæ injuriæ, quando aliâ ea injuria reparari non potest) ubi enim jus non distinguit, nec nos ab oblique evidenti ratione debemus distinguere. Nec

BIBLIOTHEK PADERBORN

713. Obicitur.

Nec oblat cap. Discretionem, de Eo qui cogn. &c. solum enim probat, divortium celebrari non posse ob adulterium à viro permillum, quod non facit ad rem nostram; non enim dicimus, sponsum posse intrare Religionem, & dissolvere Matrimonium, propter commissum adulterium; imò, si aliquis esset, propter quod non posset, foret istud adulterium; sed ex privilegio Christi vel Ecclesie, quod concedit ingressum Religionis ante consummationem Matrimonii. Sive ergo eo fine, ut sponsa violenter opprimeretur, sponsum eam alteri dederit, sive ut voluntariam corrumperet, perinde est ad hanc doctrinam.

714. An peccet, qui post bimestre sponsum nolens intrare Religionem vi opprimis Sanchez.

Si autem à me queritur; an sponsum peccet, vi vel timore gravi extorquens copulam à sponsa, quæ bimestri transacto non vult intrare Religionem? Respondeo cum Sanchez sup. n. 13. si, tentatis aliis mediis pacificis, nolit debitum reddere, ubi & quando ex iustitia debet reddere, nullatenus sponsum peccare; quia utitur jure suo, exigendo sibi debitum, nec potest sponsa iuste denegare, ut supponitur.

Potest peccare ratione modi. D. Tho.

Sin autem, intentatis aliis mediis pacificis, violentia uteretur sponsum, peccaret ratione modi: ut si potens rem suam pacifice recuperare, vi extorqueret. Et de hoc peccato ratione modi, vel etiam de peccato ratione substantie, si inferatur violentia ante bimestre, intelligitur D. Tho. 2. 2. q. 154. a. 7. ad 4. ubi ait: Sponsus ex sua desponsatione habet aliquid jus in sua sponsa, quamvis peccet violentiam inferendo; excusatur tamen à crimine raptus: unde Gelasius Papa (36. q. 1. c. 2.) dicit: Lex illa preteritorum Principum ibi raptum dicit esse commissum; ubi puella, de cuius nuptiis nihil actum fuerat, videbatur abducta.

715. Obicitur.

Quod si infans (inquit Sanchez sup.) peccare vi recuperantem rem suam, cum iudicis officium implorare teneatur: Respondet Glossa d. cap. Lex illa, esse multò fortius jus in Matrimonio, cum enim vir habeat manum iniectionem in uxorem, ratione subiectionis, potest illam propria auctoritate apprehendere.

Solvitur.

Hæc sunt verba Glossæ: Sed quare non committo raptum in sponsa mea, ut committo in alia re mihi debita; ut si venditam mihi rem raptam sic, incido in constitutionem: Si quis in tantam, C. Unde vi, ut ff. de Acquir. possess. Si ex stipulatione. Et similiter furtum committo in propria re, ut ff. de Furtis: Eum qui, §. 1.

716. Quare non committitur raptus in propria sponsa.

Sed potest esse ratio; quia presumitur, quod re sua nemo vitiose utatur, ut ff. Pro socio, Merito. Vel forte ratio est; quia Matrimonium nunquam dissolvitur, alii contractus sic. Unde nunquam potest aliquis in hoc casu incidere in

constitutionem illam: Placuit, 16. q. 6. Nec in illam: Si quis in tantam, 1. q. 4. Et quia res ista nunquam potest alienari à vero domino, & quia libera persona non possidetur, & ista non est necesse, ut expectet, quousque in eum transferatur possessio sponsæ.

Item intelligitur eam possidere, quam citò sponsalia (de præsentibus) intercesserunt: unde non verè dicitur raptor, cum sua possessione utatur, ff. de Injur. l. Injuratum §. Si quis, extra de Elect. Ecclesia vulterana. Ex qua Glossa patet multiplex disparitas inter sponsam, & alias res; ac proinde plenè satisfactum est dictæ instantiæ.

Cæterum querit Sanchez sup. num. 17. Utrum sponsa, per vim oppressa à sponso ante bimestre, possit semen expellere? Respondet autem: Si loquatur de foemina, quæ non à sponso vim passa est, certum reputo, nisi incontinenti semen expulerit, non posse postea; incontinenti autem valde probabile est mihi, posse. Ducor ea communi doctrina, quæ habet, licere privata auctoritate furem incontinenti, ubi furtum arripuit, donec in loco tuto constitutus sit, percutere, & eam reputari defensam: similiter ergo reputabitur defensa, cum incontinenti, ac statim ac semen receptum est, foemina vim passa expellit: secus quando jam semen habet possessionem, & est quasi in loco tuto constitutum; tunc enim non erit defensa, sed intrinsecè malum.

Et confirmatur; quia possit foemina illa, vim passa, quocumque tempore membrum virile extrahere, si posset, quamvis semen effundendum esset; non enim tenetur id pati: ergo incontinenti ac effusum est, potest similiter expellere; quia cum nondum semen habeat pacificam possessionem vasis, adhuc quasi in fieri, & in ipsa effusione reputatur esse. De sponsa autem de præsentibus, per vim cognita, id non affirmarem; quia injuria est multò levior, nec infamiam patitur, & damnum non est adeò grave. Nec de foemina per metum cognita; quia copula fuit voluntaria, & cum peccato admissa. Ita Sanchez.

Sed contra eum insurgit Pontius lib. 9. c. 10. n. 4. dicens: Multò minùs ferendum est in eo auctore, quod asserit in ejus disputationis fine; posse foeminam, quæ in eo casu vim patitur, incontinenti conari ad semen emittendum jam receptum; quia tunc inquit, semen non habet pacificam vasis possessionem. Si dum reluctatur foemina eveniret, ut semen effunderetur extrà vas, illam ego à peccato liberam judicarem. At semel effusum semen, atque receptum, cuius nullus alius usus est, nisi in ordine ad generationem, emittere, turpissimum est.

Neque verò, quia foemina posset, dum

Llllll 2

vim

717. An sponsa, per vim oppressa, possit semen expellere? Opinio Sanchez.

718. Contra eum arguit Pontius.

vim patitur, virile membrum extrahere, ideo potest & semen jam receptum emitte- re. Nam aliud est impedimenta apponere, dum quasi in via est ad consummationem, violentus aggressor: aliud vero semen eji- cere, cum jam ad finem perventum est, & consummatum Matrim. ut satis constat.

Et denique inquiri ab isto Auctore, quo sine honestari possit ea ejectione seminis. Nam ut ea honesta esse possit, necessarium esset, ut duo concurrerent præcepta, unum effi- caciuss alio. Hic autem concurrunt præcep- tum naturale non ejiciendi semen, cum con- silio suscipiendi habitum religiosum; quo- modò ergo potest illa effusio honesta reddi? Hactenus Basilius.

719. Ostenditur Pontium perperam intellexisse Sanchezum.

Nunquid audiendus? Herculè limis ac distortis oculis videtur Sanchezum legisse. Si- quidem Sanchez non loquitur in casu à Pontio apprehenso, scilicet, quando spon- sus vi opprimit sponfam suam; nam expresse docet, ut sup. audivimus, tunc id non esse licitum; sed in casu, quo femina à non sponso vim passa est, ut patet ex verbis sup. recitatis. Unde consilium suscipiendi habi- tum religiosum, nihil facit hic ad rem, aut certè valde parum; quoniam etsi retineret semen, adhuc posset per se loquendo intrare Religionem, ut manifestum est.

Resp. ad ar- gumentum Pontii.

Igitur præceptum, quod hic concurrat, & honestam reddit illam ejectionem semi- nis, est jus naturale, quod unusquisque ha- bet vim vi repellendi, & conservandi seu defendendi honorem suum, qui alioquin in casu proposito summè periclitatur; & licet idem periculum adsit, quando jam semen per aliquod tempus retentum fuit; equidem tunc non licet illud expellere, quia jam ob- tinuit pacificam quasi possessionem, à qua non debet deturbari; quia in pari causa me- lior est conditio possidentis, ut habet regu- la 65. de Reg. juris in 6.

720. Impugnatur sententia Sanchezii.

Interim respondere quis posset; semen, hoc ipso quòd receptum est, jam esse in possessione pacifica, tali, qualis ei potest competere, cum

jam ex eo nata sit sequi generatio, quæ est solus finis illius & effectus; neque ipsum est injustus aggressor honoris aut fame, sed ille, qui vim intulit: unde contra ipsum licet se defendere, impediendo fertilizationem intrà vas, sedis contra semen jam receptum.

Ex quo patet exemplum foris non con- cludere; quia tali casu percussio furcæ, qui est injustus aggressor bonorum meorum, non est in tali vià bona jam ablata possum recuperare; & sic merito talis percussio reputatur defen- sa bonorum meorum, quod non habet locum in nostro casu, ut patet.

Et ideo malo subscribere sententiæ Pon- tii; maximè, cum Sanchez nullam pro se Auctorem citet; signum, quòd nullus ante ipsum eam opinionem docuerit, sicut quem viderit; alioquin indubité eam citasset, sicut communitè citat pro alia sententiâ, quos novit eas docere.

Sed nunquid (interrogans Pontium supra n. 6.) credendum est sponso juramento affirmantibus, se non copulasse, neque coe- summasse Matrimonium? Respondetur, inquit, sub ea distinctione. Si puella virgo est, & talis apparet conspectui Matro- rum, quàmvis valde incerto, creditur eor- um juramento; si vero corrupta jam erat, adhuc distinguendum est; si non est in vi- domum tractata, ex eo sumitur sufficiens indicium, ut credatur juramento. Quòd si tractata est, non deferretur juramento, arg- textus in cap. Super es, de eo qui cognovit, ubi ad solvendum Matrimonium parum confert confessio parium, aliis debetura probationibus. Sic ille. Plura hic non oc- currunt, & ideo pono calammum; in bre- tamen reassumendum, Si Dominus voluerit, Deus est enim, qui operatur in nobis & cogit & perficere, pro bona voluntate. Sicut mu- mus, an nostrâ? Sed ut faciamur vestra sua dicamus, & nostrâ. Sua peccata excitantem & adjuvantem; eidem gratiè liberè assentiendo, & comp- rando utique in finem.

F I N I S.



B O S C O  
Sacramentum  
paris